IURIS OPTICE, QUAM INSTITUTRICE IUSTITIA PUBLICÈ...

Antonius Guardatus,
Giovanni Paolo Oliva

Digitized by Google

13
13-A
11

Digitized by Google

Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
13
14 K
13

Digitized by Google



BIBLIOTECA NAZ.
ROMA
VITTORIO EMANUEL

Pescha F. 1672

Digitized by Goo

Dom. Prof. Rom. S. J.

IVRIS OPTICE,

QVAM

INSTITVTRICE

IVSTITIA

Publicè proponit

NOBILITAS ERVDITA,

Propugnatquè in Collegio Nobilium Soc. Ieſu.

Sub feliciſſimis auſpicijs

REVERENDISSIMI PATRIS

IO: PAVLI OLIVAE

SOCIETATIS IESV

PRÆPOSITI GENERALIS

MERITISSIMI

D. ANTONIVS GVARDATVS

Coll. Nobil. Conu.

Aſſiſtente R. D. Franciſco Verde S.T.D. & Regij Iuris interprete.

NEAP. ANNO D. M.DC.LXXII.

Apud Nouellum de Bonis Typ. Arch.

Superiorum facultate.

BIBLIOTECA NAZ. VITTORIO EMANUELE ROMA

Digitized by Google

Digitized by Google

REVERENDISSIMO PATRI

IOANNI PAVLO OLIVÆ

SOCIETATIS IESV

PRÆPOSITO GENERALI

D. Antonius Guardatus Colleg. Nobil. Conu. felicitatem.

QVod tibi iam pridem iuſtiſſimum fuit votum, vt quæ ædes Nobilium adoleſcentium lectiſſimos ad patriæ decus, ac præſidium informant, pietate in primis, ac litteris effloreſcerent, vtque præclara illa indoles ad optima quæque nata iret potiſſimum in ſapientiæ, virtutiſque adoptionem; non diù intra deſiderium ſtetit (Reuerendiſſime Pater) cum ſi vſpiam alia,

noſtra certè iuuentus inuiſis olim ſtudijs, cōciliata, tuæ vberrimè voluntati, tuorumq; culturæ reſpondet. Enim verò quā hic varia, quàm ampla bonarū artium meſſis? quàm pretiosè vilis annona litterarum? iam nulla numeratur liberalior diſciplina, ad cuius cenſum, ac nomen non promittat turmatim ingenua hæc pubes; iam viuit nobiſcum ex æquo phyloſophia; iam humanarum, diuinarumque legum ſcientia regnum ſibi apud nos, ſedemque fixit. Quid referam, quàm de facili, educatione magiſtra (vt eſt illuſtrium animorum ſequax, dociliſque materies) ſolidæ pietati à tenero inſueſcimus, & ad omnia virtutis officia erudimur, procul habitis nequitiæ inſtrumētis, ac vitijs penè omnibus in vna inſcitia profligatis. Vt vulgaris ſit iam noſtrorum gloria, non ex cenſu, aut ſanguine, quæ aliena ſunt, ſed ex mētis, hoc eſt

ſuis

Digitized by Google

ſuis ex aſſe bonis inter ſummos haberi; & in Senatorium locum non vna irrepere ſorte nataliũ, ſed & admitti priuilegio meritorum; pudet eruditos dumtaxat corporis motus, pyrrhicas, armata tripudia ad pompam ostendere theatralem: pudet in hastiludio, cæteroque gladiatorio veriùs, quàm equeſtri puluere gloriari. Vnus omnium potiſſimus in animo labor: vna omniũ maxima ex animo laus. Hæc ego omnia nihil diſſimulãter, ſed palàm, & apertiſſimè, ambitiosè gratus, effundo, officioque pudorem poſthabeo; quod enim illud eſt modeſtiæ genus improbæ, vt ipſe lateas, perdere ſilentio gratiam, & beneficium obliuione penſare? Ergo noſtra ipſi producimus, vt audiat, vt efferat fama, quæ tibi debemus; quantacumque enim iſta ſunt, ingentia certè quidem, & vltra ſpem maiorum, tua sũt. Primum, quod tuo domus hæc

ela-

elata patrocinio, ſi quis ingruit contra ferocior nimbus ſub ſe videt, ridetque ſecura. Nec verò quæcumque alit ſagatæ, togatęque laudis germina in tuorum fermè ſinu auſpiciorum, aut degere illa tutiùs poſſunt, aut creſcere feliciùs; qui pleno munimine rem noſtram amplexus, in medio ipſo turbarum eſtu otiū nobis actuoſum, ac pugnax, pacemque creas triumphatricem. Intereà, vt ſudum quærunt pectoris, meramque malaciam, cui ſe committant diſciplinæ, dum ſic tuo beneficio negotiosè quieſcimus, tuarum in nos virtutum miracula deriuantur; quæ enim tui in ſe ſe decora exprimunt, quę ipſi in nos infundunt, ex te habent, ex te Religio, Fides, ſapientia, & omnis ſine proximi vitij contagione integritas, veluti è fonte defluit, & laudes tuas, quas vnus capere vix potes, innumeri repræſentant; vt intelligat Orbis, quantus ipſe ſis, cuius diuiſa virtus

tus tot viros, tam omni ex parte egregios, & ingentes in ſuis quē-que muneribus abſoluit. Student illi vnicè tuis exemplis, & ille optimus habetur, qui longo te proximus interuallo contingit. Tu interim ſingulis vbique ades, & immenſam locorum diſtantiā prouidentia maiore coniungis; tu quanto cæteris dignitate ſublimior, tanto demiſſior humanitate, virtuti, quæ ſoliùm in te, culmenque habet, tuorum per te beneuolentiam, mortalium per tuos amorem concilias; tu cultiſſimam doctrinis omnibus animam oriſque diſertiſſimi facundiam ſeruire Cęlo dum iubes, nemo ex tuis tàm ſanctè inſtitutus nolit tota ingenij mole negotiū gerere pietatis. hinc artes, virtuteſque alijs peregrinæ, tuo generi intimæ, ac familiares tàm citò, tā altè ſingulis adhærent, vt non eas ſtudio ſibi comparare, ſed ex te hæreditario iure accipere videātur. Quæ nos non, vt aliena ſolùm

lau-

laudamus, ſed etiam exoſculamur, vt noſtra; quanta enim indè ad nos portio felicitatis per educationem deſcendit? quidquid in nobis ſuſpicitur in præſens, virilis in pueris ſanctimoniæ, & prætergreſſi ætatem ingenij documentum, quidquid etiam in poſterū expectatur, Societati Reſp. refert acceptum, Societas tibi, tu Deo, qui cum è proximo, ſeù cognatio, ſeù commercium. Accedit ſingularis ſollicitudo, qua nos ipſe ità reſpicis, & è tua illa altiſſima ſpecula noſtris vſque commodis excubas, quaſi ſi alibi nuſquam habitarent oculi tui; qua re quid nobis, aut glorioſiùs, aut ſalutariùs? numeroſo licèt ornamēto ædes hæc noſtra ſe iactet; nullum tamen æquè magnificum, quàm quod tua cura ſumus. Sint multa, quę nos quotidie ad gloriam impellunt, nihil verò tàm acriter vrget, quàm quod tuo penè viuimus ſub aſpectu; qui parem mundi habenis

nis animum, maximoq; maiorem imperio, à tot curis recentem, & integrum nobis admoues, vt pręclara iuuentus, ſpes noſtri generis, ad tuum formata arbitrium, tuoque pręſenti veluti afflata ingenio, nunc olim in omnem laudem, vel obſtricta virtuti, vel tibi grata ſe induat. Quod fuit cauſę, cur tot inter eximios adoleſcentes vltimus ipſe qualecumque id operis tibi pręcęteris nuncuparem, vt communis debiti ſignificationem, pignus pro modo deferrem, redeunt ad te tua, aſcito per nos publicę lucis, pompęque pręſidio, vt dum ſe famę probant, tuam tibi gratiam, vt cumque compenſent. Veniunt ad te ſupplices leges, & ipſa quoque rea voti iura, quod tuis toties inculcata conſilijs, tuis moribus confirmata ſunt; qui vitę ratione publica es temporum norma, & ętatis, vel corruptę, conuicium, vel inſtauratę exemplum. Cęterū ſi quid mea peccat audacia, officio

cio

Digitized by Google

cio condonabis; in eo rerum faſtigio conſtitutus, in quo maieſtati timere à comitate non potes, facilem dabis clementię locum, noſtramque lubens temeritatem abſolues. Vale, & viue nobis, vt ſęculum, & annis, & virtutibus impleas, cuius incunabula naſcendo conſecraſti. Viue poſteris, quibus immortalem memoriam in ſapientię, ac pietatis abſolutiſſimum exemplar, at ſerò tranſmittes. E Neapolitano Collegio Nobilium Societatis Ieſu die mense Oct. Anno 1672.

Digitized by Google

EX TITVLIS SELECTIORIBVS

Iuſtitiæ vniuerſæ quidditatem indagaturi propugnaturi ſelectam Opticam hanc parauimus perquirendis introſpiciendis exenterandis iuribus aditum facientem.

BIBLIOTECA NA. ROMA VITTORIO EMANUE

DE LEGIBVS.

1 LEx, vel à luce, Prouerb. 6. n. 23. ibi *Mãdatum lucerna eſt, & lux lex*; vel à ligando dicta l. Leges, C. de legib. Eſt *recta*
2 *ſolemnis regula operationum creaturæ rationalis commune bonum reſpiciens*. l. 1. D. de legib. Exigit actum intellectus, & volũ-
3 tatis Superioris, ſic prudenter operantis. l. 1. D. de Conſtit. Debetquè l. eſſentialiter
4 reſpicere *publicum* bonum l. vn. C. de nouo Cod confir. l. Ius autem 7. ibi, *Propter vtilitatem publicam*. D. de iuſt. & iur. l. 2. D. de leg. Ariſt. 4. Polit. c. 7. Et ſic, vt plurimum rem futuram, non præteritam reſpi-
5 cit; nam illa, non hæc conducit ad bonum publicum. l. Leges, & conſtitutiones 7. C. de legi. c. fin. de conſtit. II. debet eſſe *clara*, vt poſſit ab omnibus intelligi; vndè nequit eſſe dubia; ſecus non eſſet regula l. Leges
6 ſacratiſſimæ 9. C. de legi. l. Et ideò 21. ibi, *Certa*, D. eod. Et *probabilis* obligat iuxtà

 ſuam

ſuam naturam, vt etiã lex naturalis. Sanch. 6 Decal. cap. 3. III. debet eſſe rationabilis; nam ab homine hominibus fertur; licèt
7 ad rarò, non ad perrarò accidentia ſe poſſit extendere l. Antiqui. D. ſi pars hęred. petat. l. Si Pater D. de ſolut l. Ea, quæ rarò 65. D. de reg. iur. l. nã ad ea 5. D. de legi. IV. debet eſſe iuxtà mores Patrię c. erit. diſt. 4. V. debet eſſe de re poſſibili humanę fragilitati. d. c. erit. Vnde nõ obligat cũ valdè gra-
8 ui onere l. nimis graue. C. de Teſtib. Difficilè enim inter impoſſibilia adnumerari ſolet l. Continuus, § cum quis, D. de verb. obligat. VI. debet eſſe iuſta *formaliter*, ſcilicet, vt neminem excipiat ſine cauſa l. 2.
9 ibi, *Omnes*. D. de legi. Priuilegia enim ſinè cauſa non ſunt concedenda l. 1. ibi, *Ob merita* D. de conſtit. Et *materialiter*, vt ſit de materia non indifferenti, præter bonum obedientiæ, ſed conducenti ad bonum publicum. Vndè lex ciuilis occulta non præ-
10 cipit; Canonica verò, ipſa Eccleſia fatente, occulta, non interna precipit. 1. Reg 16. c. Erubeſcant diſt. 32. c. Chriſtiana 32 q. 5. Et *materia leuis* nequit præcipi ſub graui; grauis poteſt ſub leui, ne effectus excedat
11 cauſæ intentionem, vt pro re parua nequit grauis pœna imponi l. Sancimus 22. C. de pœn. VII. debet eſſe promulgata iuridicè Auth. Vt factæ nouæ conſtitutiones, Collat. 5. Eo modo, quo innoteſcat illis, quos conſtringit l Leges 3. ibi, *Diuulgari*, C. de legi. l. Regula 9. D. de iur. & fac. ignor. VIII. tenetur Popolus illam acceptare?

nàm

Digitized by Google

12 nàm vi iuſtitiæ legalis tenetur ad bonum
publicum commune à lege intentum; qua
ratione nõ eſt lex turbationem, ac ſeditio-
nem mouens; in dubio autem an ſit vſu re-
cepta pronunciamus pro poſſeſſore.

Lex diuiditur in *Naturalem, Gentium, Ciui-
lem, Canonicam.*

NATVRALIS, vt *inclinatio*, eſt, quod natura
omnia animalia docuit, vt *eſt regula* à
13 Deo natura naturãte hominibus promul-
gata. Triplex *Specialis, Generalis,* & *Indi-
uidualis*. Ex quo iure naturali debentur
alimenta omnibus Filijs, & Parentibus
aliundè non habentibus l. ſi quis à liberis
5 D. de liber. agnoſc. & in pari cauſa po-
14 tius tenetur Filius Patri, à quo plura bene-
ficia, à quo poteſt pro alimentis vendi. tit.
C de Patr. qui Fil. ſu. diſtr. à quo magis di-
ligitur l. nàm etſi 15 D. de inoff. teſtam. Et
quõdam occidi poterat; quàm Filio, à quo
nulla beneficia, à quo nequit pro alimen-
tis vendi, & minus diligitur, & nunquam
occidi permiſſum. Nec alimenta regulan-
tur à ſucceſſione debita Filio non Patri;
cum Filio diuiti ſucceſſio non alimenta
15 debeantur; & ſpurio non ſucceſſio, ſed ali-
menta, c. cum haberet 5. de eo, qui dux. in
matr.

Ex eadem lege naturali eſt defenſio c. Ius na-
turale. diſt. 1. Quæ eſt iuſta cum *modera-
mine inculpatæ tutelæ*; ſcilicet eo modo,
16 quo niſi fiat res auferatur ab iniuſto Ag-
greſſore l Scientiam 46. §. qui cum aliter,
D. ad l. Aquil. & licet pro omni re; ne de-

tur anſa ad delinquendum, & ne quis duplici ignominia afficiatur ſpretus rei etiã
17 paruæ, ſe præſente, violenta ablatione l. ſi ex plagis 53 §. Tabernarius D. eod et cum liceat vis etiam pro defenſione libertatis l. vim vi. D de iuſt. & iur. licet ſine fuga ſe ipſum tueri occiſione iniuſti aggreſſoris;
18 ſecus, daretur anſa delictis, & inermibus aggrediendi Fortes cogendo illos fugere, ne occidant Aggreſſores, quod riſu excipiendum.

GENTIVM, quæ ſeruatur ferè inter omnes homines, ex quo iure eſt bellum l. ex hoc iure 5. D. de iuſt. & iur. quod eſt actus iu-
19 ſtitiæ, quo quis ſua defendit, vel recuperat, iniuriam arcet, vel vindicat D. Aug 22. contra Fauſt. licitum habenti *authoritatẽ*, *cauſam, rectam intentionem*. Vi cuius, bona capta in bello, *mobilia* ſunt capiẽtium, niſi aliud iure fuerit diſpoſitum l. ſi quid 28. D. de captiu. & Poſtlim. *Stabilia*, Regis indicentis bellum l. ſi captiuus 20. D. eod. Homines, ſerui capientium, niſi ſint Chriſtiani l. Hoſtes 24. D. eod. Sed ſi habeant poſtliminium, hoc eſt, fingãtur non capta,
20 quæ recuperantur l. Poſtliminij 5. D. eod. debentur recapta primis Dominis; tales ſunt *Homines* l. ſi quid 28. 29. 30. D eod.
21 Bona *Stabilia* l. ſi captiuus 20. §. expulſis. D. eod. Et *Mobilia ſeruientia* ad vſum belli l. 2. D. eod. in quibus omnibus currit Poſtliminium. Regens Capyc. Galeota reſ. Fiſc. 13. n 26. Cum in reliquis non currat, niſi recuperentur illicò, antequam ducantur

intra

intra præſidia; nàm capta non dicuntur, illicò recapta. Galeota l.c. Franc: dec. 268.

CIVILIS, quam vnaquæque Ciuitas ſibi cõſtituit l. Ius ciuile D. de iuſt. & iur.

Inſuper lex diuiditur in *Præceptiuam*, quæ obligat in conſcientia etiam ad mortale, ſi id exprimat Superior dicẽdo *diſtrictè præ-*
22 *cipimus*, &c. *Pœnalem*, quæ obligat tãtum ad pœnam. *Mixtam*, quæ ad vtrumque. Et pœna impoſita ipſo iure, debetur, exceptis cenſuris, poſt ſententiam c. Vergentis 10. de Hæret. c. cum ſecundum leges 19.
23 de Hæret. in 6. Et ſic ante ſententiam declaratoriam nemo tenetur ſe priuare electione, beneficio, &c.

Cauſa effectiua legis eſt ſuperior ſupremus, ſeù alius ab illo ad id ſpecialiter delegatus, cum ſit res ſpecialis c. fin. in ſi. de offic. deleg. An autem ſacra Congregatio poſſit condere leges? & affirma, non ex ſe, ſed ſi
24 habeat ſpecialem conceſſionem à Summo Pontifice.

Ceſſante autem Legiſlatoris fine adæquato in caſu particulari non ſolùm motiuè, cõtrariè, ſed etiam negatiuè ceſſat lex l. 1. D.
25 Quot. legat. l. ſi quis à liberis 5. D. de liber. agnoſ. vt currente fine lex currit c. ſecũdò requiris 41. de appellat. Nec officit legem ferri pro bono communi non ceſſante, quandò in particulari finis ceſſat; *Nàm*, nec per hoc exempti comprehendũtur lege ad bonum publicum; vt enim ſtãte bono communi à lege intento, voluntas Legiſlatoris ceſsat in caſu particulari exẽ

 pti,

pri,ita in illo,in quo finis ceſsat; Vtrobiq; ergo, vel neutrobique debet lex ceſſare. Nec officit 2.l. Proſpexit. D. qui,& à quib. *Nàm* ibi probatur noſtra ſententia,ſcilicet non poſſe torqueri exiſtens extra Prouinciam,quia ceſſat finis torturę. Finis autem ieiunij non ceſſat, qui eſt exercere virtutē temperantiæ; nec licet Clandeſtinum matrimonium, quia nūquam ceſſat finis prohibitionis,qui eſt ne poſſit vnam ducere relicta alia,& vt ducens puniri valeat.

Subditus tenetur legibus; Et ſic Legislator non tenetur vi ſuarum legum nec coa-
26 ctiuè,nec directiuè l.ille,à quo 13.§. Tempeſtiuum D.ad Trebell.tenetur tamen ſe conformare toti,cuius eſt pars, quia pars debet bonum totius velle, & ita intelligitur l.digna vox, C.de legib. c.cum omnes 6.§.cum igitur de conſtit.c. pro illarum. De Præbend.c Iuſtum 2.diſt 9.

Subditus exiſtens extra territorium legibus non obligatur,quia lex loco circumſcribi-
27 tur.c,2.de conſtit.in 6.l.2. D. de legi. ibi, *Qui in Ciuitate ſunt* l.extra territorium 20.D.de iuriſd.omn.Iudic. Et exiſtens in loco exempto eſt, ac ſi exiſteret extra ter-
28 ritorium Gloſ.in Clem.1. ver. Vt tamen de foro compet.

Peregrinus non ligatur legibus loci ſuæ Patriæ; quia eſt extrà c.2.de conſtit.in 6.Nèc
29 legibus loci vbi eſt,niſi fiat pars illius, & ſic Ciuis c.à nobis 21. de ſent. excom. Eccleſiaſticus verò non ſubditur legibus laicis,quia non eſt Subditus, niſi iuxtà Tex.

in

30 in c. 1. & 2. de noui oper.enunc. non enim lex laica obligat perſonam, aut bona Eccleſiaſtica c. ſi diligenti De foro compet.

Vnica actione poteſt quandoquè ſatisfieri
31 multiplici præcepto, putà vnica eleemoſyna data extremè indigẽti poteſt ſatisfieri voto, & præcepto.

A lege excuſat ignorantia inuincibilis, ſiue
32 iuris, ſiue facti c. vt animarum 2. de conſt. in 6.

Interprætatio legis poteſt fieri. I. authenticè à Legislatore l. 1. C. de legi II. per conſue-
33 dinem l. de quibus 31. l. diuturna 33. 34. 36. D. de legi. III. à Iudice, diciturque Iudicialis l. non poſſunt 12. D. de legi. IV. doctrinalis, quæ fit à Doctoribus, quę poteſt eſse *extenſiua extendendo* de loco ad locũ; *Comprehenſiua*, & *Reſtrictiua*, ſcilicet per *Epÿchiam* interprætando ſcilicet ſecundũ æquitatem, & voluntatem Legislatoris, quod hic, & nunc decerneret. l. 1. C. de legi. Ariſt. 5. Nicomachiæ c. 10.

DE IVSTITIA.

IVſtitia *Virtus*, vndè inuendibiliter, ſua cuique diſtribuens c. cum ab omni 10. de vita, & honeſt. Cler eſt *conſtans, ac perpetua voluntas ius ſuum cuique tribuendi* l.
34 Iuſtitia 10. D. de iuſt. & iur. Eſt enim qualitas permanens difficilè mobilis voluntati inhærens inter ius, & debitum æqualitatem reſpiciẽs; ita vt nemo volens patiatur iniuſtum l. item apud Labeonem 15. D. de

35 iniur. Triplex I. *Legalis*, qua partes tenē-
tur toti ſuccurrere D. Tho. 2. 2. q. 58. art. 6.
II. *Diſtributiua*, qua præmia, & pœnæ di-
ſtribuuntur merentibus, & demerentibus.
36 III. *Commutatiua*, qua reſpicitur æquali-
tas inter rem, & rem, ex cuius læſione ori-
tur debitum reſtituendi, tollēdi ſcilicet læ-
ſionem Ariſt. 5. Ethi. c. 2. Debita tamen ex
contractu de re turpi, tanquam de re im-
37 poſſibili non ſunt danda l. Generaliter
26. D. de verb. oblig. vt nec promiſsa ex
metu iniuſto l. ſi mulier 11. §. dos D. de eo
quod met. caus.

Eſt iuſtitia I. etiam inter *Patremf. & Filium*;
38 nàm varij contractus inter Patrem, & Fi-
lium probantur à lege, qui iuſtitiæ obliga-
tionem important; & eſt Fur Filius acci-
piens à Patre l. Serui 17. l. ſi quis 53. D. de
furt. Et tenetur reſtituere, non in Peculio
profectitio, quod eſt Patris in totum, nec
in Aduentitio cuius vſusfructus eſt Patris
durante Patria poteſtate totus, illa ſoluta,
medius, ſed in Caſtrenſi, & quaſi d. l.
ſi quis 53. Quæ diuiſio peculij non com-
petit non Filiof. nec dicas, furare qua ho-
mo, nō quà Filius; Nàm, nec quà homo, &
ſic quà eſt animal rationale, nec qua filius,
quà ratione reſpicit Patrem, ſed Filius
39 ſimpliciter eſt Fur iniuſtus. II. Eſt inter
Ciuitatem, & Ciuem eiſdem rationibus.

III. Inter *Deum*, & *Creaturas* ratione pacti,
quod multoties initum à *Deo* cum crea-
turis demonſtrant Sacræ literæ: & ſicuti
40 dedit homini dominium rerum, vt fides

do-

docēt, ita de illa re, tanquam ſua poteſt cũ omni, etiam cum Deo contrahere, Deo liberè ſe obligante, licet alijs titulis poſſet rem exigere, non obſtante altiſſimo diuino dominio; res enim remanens ſub dominio Dei alto poteſt etiam ſub dominio hominis, cuius pedibus omnia inferiora SANCTISSIMA TRINITAS ſubijecit. Apoſt. ad Hæbreos, ibi *nõ eſt iniuſtus Deus,*
41 *vt obliuiſcatur operis veſtri.* ad Roman. 2. ibi, *Reddet vnicuique iuxta opera ſua.* 1. ad Chorinth. 3. ibi, *Vnuſquiſque mercedem accipiet ſecundũm ſuum laborem.* Trident. Seſſ. 6. c. 16. ibi, *Corona iuſtitiæ.* Suar. opuſc. de iuſt. diſp. 2. ſect. 2. nec D. Tho. p. 1. q. 21. art. 1. Eſt in oppoſitum; nàm ait non eſſe iuſtitiam independenter à promiſſione, ac pacto: cum tamen ſuppoſito pacto iuſtitiã naſci aſſerat 2. 2. q. 61. art. 4. ad 1. ibi, *Forma diuini iudicij attenditur ſecundum rationem commutatiuæ iuſtitiæ.*

DE TVTELIS.

TVtela à defendendo dicta l. 1. ibi, *Defenſores* D. de tutelis. *Vis, & poteſtas in capite libero ad tuendum eum, qui propter*
42 *ætatem ſe defendere nequit iure ciuili data, atque permiſſa* d. l. 1. Tò *Vis* denotat Tutorem inuitum etiam inuito dari l. nec non 6. D. de Tutor. & Curator. quod naturale non eſsentiale tutelæ eſt; cum mater
43 inuita non ſit Tutrix Auth. matri, & Auiæ C. Quando mul. tut. offic. vbi Bart. Tò *ad*

tuendum eum indigitat tutorem per ſe dari Perſonæ impuberi.ſcilicet ante 14. in maſculo.12.in Fæmina,concomitanter rebus;Tutor enim propriè perſonæ l.Quia
44 perſonæ 14. D.de teſtam.tut. Rebus verò impropriè datur l.ſi tamen 15. D.eod.

Triplex *Teſtamentaria,Legitima,* & *Datiua*, ſiue Attiliana. TESTAMENTARIA, quæ dicitur à lege permiſsa à defuncto purè
45 ſub conditione, ad tempus, inſtructiuè, honorariè, adminiſtratiuè conſtitui valet l.8.l.ſi quis 11. D.eod. in omni vltima voluntate d. l. 8. ibi,*In Codicillis*;& etiam in actibus inter viuos, vt de fideicommiſſis etiam dicitur.

Quiuis teſtator poteſt dare Tutorem vnum, vel plures impuberi l.ſi plures 24. D. de teſtam. tut. ſed *Paterf.* Filijs etiam exhæ-
46 redatis, cæteri tantùm inſtitutis impuberibus,etiam extraneis.l.Pater 4. D.eod.l.1. D de confirm.tut.

Poteſt eſſe Tutor in teſtamento I. Filiusfam. qui in hoc, vt in alijs muneribus publicis cenſetur,vt Paterf.l.ſi quis 18. D de excu-
47 ſat.tut.II.Seruus proprius purè, eique cēſetur illicò data libertas; alienus ſub conditione,ſi erit liber,§. ſed tutela inſtit.de
48 tutel.III.Furioſus,& minor;licet nō exerceant durante furore, & minori ætate l. Furioſus 11.D de tutel.

LEGITIMA à lege datur deficiente teſtamētaria:qua ad tutelæ onus vocantur,qui ſuccederent ab inteſtato Pupillo decedenti,vt ſuccedat ad onus,qui ad lucrum. Quatruplex.

plex. 1. *Legitima Agnatorum*, qua Agnati,
49 ſcilicet ex linea maſculina, & Cognati, ſcilicet ex linea fœminina, ſucceſſuri ad bona, ad tutelam vocantur excluſis impeditis, minoribus, exiſtentibus apud Hoſtes, fœminis excepta matre, & Auia l. Fœminæ. D. de tutel. tit. C quando mul. tut. offic. fun. Excluſis etiam paſſis maximam, vel mediã capitis diminutionem; minima enim non officit. Et capitis diminutio eſt mutatio ſtatus ſecundum libertatem, Ciuitatem, &
50 Familiam. *Maxima* omnia comprehendit, *Media* Ciuitatem non libertatem, vt interdictum ignis, & aquę quo vt excommunicato omnia Reo denegabantur auxilia humana; *Minima* tantùm familiæ caput amittebat, vt emancipatione, vel adrogatione.

II. Legitima *Patronorum*, qua Patroni cogebantur impuberis liberti tutelam ſuſcipe-
51 re, excepta fæmina, quæ nequibat liberti ſui eſse Tutrix l. 3. D. de legit. Tutor.

III Legitima *Parentum*, qua Pater, & Mater impuberis emancipati filij tutelam exercebant l. meminimus 15. C. de legit. hæred.
52 Sed Pater etiam tranſiens ad ſecundas nuptias matri præfertur; nolente autem Patre, mater dummodò honeſtè viuat, renunciet Velleiano, & ſecundis nuptijs l. 2. Auth. Sacramentum, C. Quando mul. tut. niſi Filio ſecundæ nuptiæ non officiant l.
53 vtilitatem 10. D. de confirm. tutor. vel tutela fuerit Teſtamentaria. Boer. dec. 124. Tapp. d. 51.

Digitized by Google

IV *Fiduciaria*, qua maior impuberis fratris tutelam ſuſcipit l. fin. C. de legit. tut.

DATIVA, ſiue Attiliana à lege permiſſa datur hodiè, deficiente teſtamentaria, & legi-
54 tima à Iudice habente merum, & mixtum imperium, cum tutela ſit ad bonum publicum, & priuatum l. Ius 3. D. de tutor. & cur. Qui nequit ſe ipſum tutorem dare l. Prætor 4. D. eod. A quo Iudice debent petere, deficiente Teſtamentario, & Legitimo, vt detur Pupillo Tutor adminiſtrans, qui Pupillo ſuccederent, etiam ſi ſit mater
55 intra annum à morte Patris, ſub pœna non ſuccedendi, ſi maior ſit, decedenti impuberi l. 1. 2. 3. D. qui petant tutor. l. 2. §. ſi mater, D. ad Tertyll. l. matris l. fin. C. qui pet. tutor. Quibus deficientibus creditor, & quiuis petit Tutorem dari; imò ipſe Iudex ex officio dat. l. 1. D. de Iuriſd. omn. Iud. l. Quod dicis 6. C. qui dare tutor.

Authoritas Tutoris eſt *interuentus perſonalis Tutoris conſiliumque in negotijs Pupilli* l.
56 etiam 3. D. de author. tutor. Requiriturq; vbi non eſt euidens Pupilli vtilitas, & vbi eſt timor litium, etiam in hæreditate lucroſa. §. neque inſtit. de author. tutor.

Adminiſtratio Tutoris conſiſtit in educatione Perſonæ cui, præbere alimenta tenetur, & bonorum defenſione, quæ ab ipſo augenda, non donanda, etiam cum decreto
57 Iudicis; nàm eſset perdere l. Tutor 14. §. fin. D. de adminiſt. Tutor. l. Non omni 16. C. eod. nequit enim bona ſtabilia, aut mobilia, quæ ſeruari poſsunt alienare abſque

de-

decreto *Iudicis* l. 3. §. ſi ius l. magis 5. D. de reb. cor. l. Lex, quæ 22. C. de admin. tutor. Tenetur verò diſtrahere inutilia, damnoſa, & quę ſeruari nequeũt l. Tutor 8. §. ſi tu-
58 tor D. eod. nequit tamen Tutor ſibi rem Pupilli emere l. ſi in emptione 34. § fin. D. de contrah. emp. l. 5. §. *Item*, D. de author. tutor.

Pro adminiſtratione ſunt hypothecata bona Tutoris, & gerentis ſe, vt Tutor l. pro officio 20. C. de adminiſ. tutor. l. dabimus 4 D.
59 de priuil. creditor. Quæ hypotheca non prodeſt hæredibus Pupilli d. l. dabimus. l. ex pluribus 43. D. de admin. tutor. Et hypotheca in ſolidum obligat plures Tutores l. tres tutores 56. *D*. eod. & adminiſtrationis rationes reddendæ l. 1. D. de tutel., & ration. diſtr. *Intra* triginta annos l. ad-
60 uerſus, C. de negot. geſt. l. *Tutorem* 8. C. arbitr. tut.

DE RESTITVTIONIBVS IN INTEGRVM.

R_Eſtitutio in *integrum* competens minoribus læſis, *repoſitio læſi in priſtinum ſta-*
61 *tum* l. quod ſi 25. §. Reſtitutio, *D*. de minor. Eſt remedium impediens etiam executionem ſententiæ l. 1. C. ſi ſæpius in integrum. Subſidiarium competens etiam læſis vltrà medietatem; quia pinguius re-
62 medium; quam lex 2. C. de reſcind. vend. Franc. dec. 248 Exigit *1*. vt læſus ſit minor; ſcilicet iure communi ante annum 25. *Iu-*

re Regni ante 18.l.fin. C.de tempor.in
integr.Vel vtatur iure minorum, vt Eccle-
63 ſia,Vniuerſitas c.1.de Reſtit.in integrum:
II. vt ſit grauis in ipſo actu læſio fragilita-
te minoris, vel dolo Aduerſarij l. minori-
bus 5.C.de reſtit.in integr.l.1.C.qui,& ad-
uer. quos. III. vt petatur ſaltem intra qua-
triennium immediatum minori ætati in
64 minoribus ; In alijs à tempore quo ceſſat
impedimentũ ad agendũ.l.fin.C.de tẽp.in
integ.quod quatriennium datur ad peten-
65 dam , & finiendam reſtitutionem d l.fin.
IV Contractus debet eſſe validus; nàm,ſi
ſit nullus,non eſt petenda reſtitutio,cum
adſit remedium ordinarium nullitatis l.
66 in cauſæ 17.D.de minor. Non verò ceſſat
reſtitutio ratione iuramenti in contractu,
cum iuramentum læſionem non tollat,
67 nec reddat circumſpectum minorem l.ſi-
quidem 11. §.ſi verò, C.de præd. minor.V.
ne maior factus ratificauerit comproban-
68 do actum anteà à ſe factum l. denique 3.
§ 1.l.ſi Filius 31.D.de minor.VI.ne ipſe
deceperit contrahentes dicens ſe maiorem
69 l.2.3.C.ſi minor ſe maiorem.
Competit reſtitutio nomine proprio omni-
bus vtriuſque ſexus infra minorem ætatẽ
70 etiam Poſthumis l.6.7. D.de minor.l.1.2.
C. de Filiof. minore. Excepto ſeruo d. l.
denique, §. ſeruus. Competit etiam Socio
71 minoris in re indiuidua l.ſi communem
10.D.quemad.ſeru.amitt. & competit etiã
abſentibus cauſa Reip. ex clauſula gene-
rali *Si qua mihi iuſta cauſa* l. 1. 2. C.de
re.

reſtit.Milit.l.fin. D. ex quibus cau.mai.

Nomine minorum I.hæres petit reſtitutionẽ in integrum intra quatriennium l. minor

72 19.§.non ſolùm l.interdum D.de minor. Etiam contra hæredem lædẽtis. II.Tutor, Curator, Pater nomine Pupilli, minoris Filij l.3.§.ſed vtrum l.Patri 28. D.eod.Etiam Procurator ipſorum cum ſpeciali manda-

73 to l illud 16 § ſi talis,D.eod.non tamen Fideiuſſor minoris.l. 1. C. de Fideiuſ.minor.

Datur reſtitutio pro omni læſione graui reparanda, ſiuè in actibus inter viuos l. ait

74 Prætor 7.D. de minor. ſiue in vltimis voluntatibus tit. C. ſi minor ab hæred. ſe abſtin.Et in omnibus iudicialibus,l.10.D.de minor.tit.C.ſi aduer.rem iudic. Etiam aduerſus propriam confeſſionem l.1.C.ſi adúer.delict.Exceptis matrimonio c.ex parte

75 de reſtit.in integr.Profeſſione Religioſa, delictis, pœnis d.l.1.C. ſi aduer. delic. l. Auxilium 38.D.de minor.

DE ACQVIRENDA POSSESSIONE.

POſſeſſio inſiſtentia in re corporali animo ſibi dominandi;l. *Quemadmodum*.8. D.

76 *de acq poſſ*.acquiritur corpore, & animo; ſcilicet voluntate acquirendi l poſſideri 3. §.in amittenda.D.eod.l.licet 4.ibi,*Animo*, C.eod.vndè Furioſi non inchoant, ſed inchoatam in ſana mente continuant poſſeſſionem l.1.§.adipiſcimur,D.de acq.poſſeſ.Et licet dicatur à pedum, vel ſedium

poſi:

poſitione l.poſſeſſio 1. D.eod. Quouis tamen corporis miniſterio acquiritur d. l.
77 Poſſideri 3. d. l. 8. Domino autem ignoranti per ſeruum acquiritur poſſeſſio ex peculio l.quod ſeruus 4.D.eod.

Poſſeſſio eſt facti in ſe ratione inſiſtentiæ,& animi, tamen habet plures Iuris effectus, ac plura Priuilegia,vſucapiendi,ne in du-
78 bio contra Poſſeſſorem pronuncietur, vt poſseſsor ſpoliatus reſtituatur ante omnia c. ſuper literis.de reſtit.ſpoliat.Et interdicta poſseſsoria *Retinendæ*, *Recuperandæ*,
79 *Adipiſc. Poſſeſſ.* §.ſequens diuiſio 4 Inſt.de interd.Adipiſcendę,l.*Quorum Bonorum*. II. *Saluianum*. *III. Legis* fin. Cod de interdict. D. Adr.toll.Retinendæ, ſiue *Vti* datum in rebus mobilibus, ſiue *Vtrobi* in rebus ſtabilibus l.vn. D.Vtrobi. l.ait prœ-
80 tor 1.D.vti poſſid.Et iudicium manutenſionis eſt Summarium, non retardabile ab exceptione altioris indaginis l. conſtat 3. C.quor.bonor. & à decreto manutenſionis
81 ſummariſſimo denegatur appellatio. l. vn.C.ſi de moment. poſſeſs. Recuperandæ *Vndè vi*.l.prœtor 1.§. deijcitur D.de vi,& viarm. Vndè dicitur Facti,& Iuris.*Facti* in
82 ſe l.poſſeſſionem 29. ibi, *Facti eſt*. D.de acq. poſſ.& ſic ad hæredes non tranſit. l. cum hæredes 23. D.eod. Nec poſtliminio recuperatur l. denique 19. D. ex quibus cau mai.Quoad *Iuris* Priuilegia,Iuris eſt. l poſſeſſio 49.ibi,*ſed, & Iuris eſt*. D. de acq.poſſ.

Diuiditur I. in iuſtam competentem iuſto

poſ-

poſſeſsori, puta authoritate Prætoris l. iuſte 17. *D.* eod. & iniuſtam competentem
83 etiam Furi l. clam poſſidere 6. *D.* eod. & etiam prædo non notorius in poſseſſione manutenendus c. licet de prœbend. in 6.
II. *Analogicè* in illam, quæ competit rebus
84 corporalibus; & ſimpliciter dicitur poſſeſſio l. poſſideri 3. *D.* de acq poſs. Et, in cō petentem rebus incorporalibus, & dicitur quaſi poſseſſio l. ſequitur 4 §. ſi viam. *D.* de vſucap.
III. *In* ciuilem competentem Domino proprietatis. l. interdum 21. §. quod ex naufragio, *D.* de acq. poſs. naturalem competentem Domino vtili l. naturaliter 12. *D.* eod.
85 corporalem competentem rem iuſtè detinentibus, vt Commodatarijs, conductoribus l. rei commodatæ 8. *D* commod.

*D*E ACQV*I*RENDO RERVM *D*OM*I*N*I*O.

DOminium, non *Iuriſdictionis*, quod *eſt ius gubernandi Subditos*; ſed *diſpoticū*
6 genericè *eſt Ius perfectè diſponendi de re, niſi lege, aut vi prohibeatur.* Ly *perfectè diſponere* eſt poſse defendere, conſeruare, deſtruere. Tò *niſi lege, aut vi prohibeatur,*
7 exprimit non carere dominio prohibitos diſponere vi, vel lege, vt *I*nfans, Furioſus, detentus ab inimicis.

ominium *I.* Vnum *plenum* comprehendens proprietatem, & vtilitatem rei. Alterum *ſemiplenum.* Directum ſolius proprietatis

Vti-

Vtile ſoliùs vtilitatis rei. l. omnium 3. l.
vſufructus 4. *D.* de vſufr. *II. Dominium* di-
cimus *rerum corporalium*; *incorporalium,*
quaſi dominium, & Tò *quaſi*, diuerſum
dominium ob rerum diuerſitatem, expri-
mit.

Occupans rem nullius dominium acquirit l.
quod 3. *D.* de acq. rer. dom. niſi aliud ſit iu-
90 re diſpoſitum, vt in theſauris §. Theſauros
inſtit de rer. diu.

Iure poſitiuo, vt dominium acquiratur regu-
lariter requiritur *I. Titulus*, qui eſt cauſa
dominij, vt rerum acceſſio, confuſio, ſpeci-
91 ficatio, emptio l. nunquam 31. *D.* de acq.
rer. dom. *II. Traditio vera*, vel *ficta* l. res
59. *D.* eod. l. traditionibus 20. C. de pact. &
res miſsa non dicitur tradita, niſi perue-
niat ad illum, ad quem mittitur l. ſi Epi-
92 ſtola 65. *D.* de acq. rer. dom. quæ traditio
non currit in rebus incorporalibus, quæ
quaſi traditione, ſcilicet patientia transfe-
93 runtur l. ſeruus 43. *D.* eod. l. 1. ibi. *Patien-*
tia D de ſeruit. ruſt. præd. III. Vt *transfe-*
rens ſit Dominus, & *velit dominium trãſ-*
ferre, & ſeruentur pacta l. qua ratione 9. §.
literæ v. Hæ quoque D. de acq. rer. dom.
Nemo enim transferre poteſt, quod non
94 habet, & ſicuti non habet. l. traditio 20.
D. eod. nec officit creditorem poſse vende-
re pignus, cuius non eſt Dominus l non
eſt 46. D. eod. Tunc enim cenſetur factum
debitoris nomine.

Domino inuito per ſeruum acquiri valet l.
etiam inuitis 32. *D.* eod. & quis poteſt re-
retento

tento dominio amittere poſseſſionem l.
95 Pomponius 13. l. naturaliter 12. §. nihil. D. de acq poſs. Et poteſt quis in alium dominium, & poſſeſſionem transferre *Conſtituto*, & *Precario*, quo conſtituit ſe poſſidere nomine alterius. l. quod meo 18. D. de acq. poſs.

DE VSVFRVCTV.

INter ſeruitutes mixtas hæc præcipua à nobiliori denominata Perſonalis *eſt ius*
96 *vtendi fruendi rebus alienis ſalua rerum ſubſtantia l. 1. 2. D. de vſuf.* eſt *ſeruitus*, & ſic in rebus alienis *l. in re communi* 25. *D. de ſeruit. Vrban. præd.* Vndè tantùm propriè eſt vſusfructus formalis, reiecto cauſali in rebus proprijs; quia abuſiuè vſusfructus *l. ſi cum* 21. § *ſi Fundum D. de except. rei iudic.*

Differt *vſusfructus*, qui eſt ſeruitus inalienabilis *l. non vtitur* 45. *D. de vſufr. à commo-*
99 *ditate*, quæ poteſt eſse in rebus proprijs, & eſt alienabilis, qua ratione vſusfructus ſupponens pro commoditate alienari va-
68 let *l. cui vſusfructus* 74 *D. de vſufr. l. ſi is* 11. §. *vſusfructus, D de pignor.*

Conſtituitur vſusfructus à *Lege*, à *Iudice*, ab *Homine*. à *lege* conſtituitur Patri in bonis
99 aduentitijs, Filii, totus durante, medietas ſoluta Patria poteſtate *l. cum oportet* 6. *C. de bon. quæ lib.* In peculio verò Caſtrenſi, ſcilicet quæſito intuitu belli, & quaſi Caſtrenſi, ſcilicet ex artibus liberalibus, à Re-

ge, à dignitatibus, in ſtatu Clericatus *l. Caſtrenſe* 11. *D. de Caſtren. pecul. l. ſacroſancta* 32 *C de Epiſc. & Cler.* Nihil Patri, nec quoad commoditatem eſt conſtitutum. *l. cum oportet C. de bon quæ lib. l. Patri* 15. *& l.* 18. *D de caſtr. pecul. l. cum multa* 7. *D. de bon quæ lib. Verde Panton.* 1. *nu.* 280. *&* 2. *n.* 829. A *Iudice* ex bono, & æquo in
100 bonis Patris pro alimentis debitis Filio *l ſi cuius* 15. *D. de vſufr.* Ab *Homine inter* viuos, & vltimis voluntatibus.

Poteſt conſtitui in omnibus, & ſingulis rebus etiã vſu conſumptibilibus. *l. vxori* 37. *D. de*
101 *vſufr. leg l. omnium* 3. *D. de vſufr.*

Debet vſufructuarius rerum ſtabilium illas conſeruare, vt accepit, vt bonus Paterf. Et
102 expenſas neceſſarias facere pro conſeruatione proprietatis, quas in reſtitutione repetit à proprietario. *l. vſufructu* 7. *in fin. l. cum fructuarius* 71 *D. de vſufru. l. quæro* 28. *D. de vſu, & vſufr. leg.* ſoluit onera pu-
103 ta collectas, cenſus *l. hactenus* 8. *l. vſufructu* 59. *D. de vſufr. l cum poſſeſſor* 5. *in fi. D. de cenſib.* Dat cautionem in ſtabilibus de re conſeruanda, & reſtituenda finito vſufructu *l. vſufructu* 4. *C. de vſufr. l.* 1. *D. vſufructuar. quemad. cau.* In re vſu con-
104 ſumptibili cauet de reſtituendo tantundem in ſpecie. *l. ſi tibi* 6. *D. de vſufr. ear. rer. quæ vſu conſum.*

Perit vſusfructus I. *Morte naturali. l ſi Patri* 3. *l ſi Domine* 10. *C. de vſufr.* Et relictus
105 Eccleſiæ, Ciuitati per centum annos durat, ne proprietas ſemper ſit inutilis *l. om-*

nium

nium 3. l. an vſufructus 62. D. de vſufr. II. Morte Ciuili media ſcilicet, vel maxima capitis diminutione l. corruptionem 16 C. eod. Et ſic profeſſione Patris extinguitur vſusfructus in bonis aduentitijs Filij, nam profeſſio eſt maxima capitis diminutio tollens libertatem ratione voti obedientię, & Ciuitatem cum ſint mortui ſæculo. cap. Placuit. 8. 16 q. 1. Et nequit remanere penes profeſſum ob eius paupertatem, nec tranſire in Monaſterium; quia eſt ſeruitus Perſonalis, quæ non tranſit ad alium. l. vel ſeruo 15 D. Famil. Erciſ. Et in Monaſterium tranſeunt, quæ remanent, non quæ morte extinguuntur. Auth ingreſſi, C de ſacroſanct. Eccl. III. Extinguitur non vſu l. corruptionem 16 C. de vſufr. IV. lapſu tēporis præfixi. l. Ambiguitatem 12. C. eod. V. periitione rei l. ſeruitutes 19 § ſi ſublatum, D. de ſeruit. Vrb. præd. VI. Confuſione vſusfructus cū proprietate, l. ſi tibi 17 D quib. mod. vſufr. VII. Ceſſione facta ab vſufructuario proprietario, non extraneo l. ſi vſusfructus 67. D. de iur. dot.

DE PRÆSCRIPTIONIBVS.

Præſcriptio idem, ac vſucapio l vn. C. de vſucap transfor. Eſt modus ciuilis tranſlatiuus dominij titulo, poſſeſſione, &c. l. D. de vſucap. Reddit verè Dominum etiam in conſcientia c. 3. de præſcrip.

Exigit I. Poſſeſſionem legitimam c. ſine poſſeſſione 3. de reg. iur. in 6. Continuatam. l. longi 2.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

gi 2.ibi, *ſine interpellatione, C.de long.tēp. praſcrip.l.31.§.1.D.de vſucap.* Poteſtque
111 ſucceſſor volens vti poſſeſſione anteceſſoris *l.poſſeſſio* 20. *D.eod.l. Pomponius,* §. *quaſitum,D.de acq.vel amitt.poſſeſſ.*

Exigit *II.*Tempus *Iure praſixum*;triennii in quibuslibet mobilibus *l. vn. C de vſucap.*
112 *transf.* In ſtabilibus laicorum inter pręſentes 10. inter abſentes 20 annorum *l* 9. *l.ſin.auth.malaſidei,C. de praſcr.lon.temp.* In Eccleſiaſticis 40 niſi ſit Eccleſia Romana, gaudenſuè eius priuilegio, Bonauè Principis,Ciuitatis, vel incorporata Fiſco
113 præſcribenda per 100 *l* 21. *Auth. quas actiones, C.de ſacroſ. Eccleſ* In Feudalibus 30.§ *ſi quis tit.*26 *lib* 2. *feud.* In actione Ciuili reali ſuppon ēti dominium,vel qua-
114 ſi,tempus, quo ipſa res præſcribitur *l ſuper l.fin.C.de praſcrip.* 30. *vel* 40 In actione *Ciuili perſonali* 30. annorum præſcriptio currit In *Hypothecaria* contra tertiū Poſseſsorem 30.Contra debitorem eiuſue hæredem, vel poſteriorem creditorem 40.
115 *l.cum notiſſimi* 7 *C.eod.* In *Pratoria* anni *l.in honorarÿs* 34.*D.de condit. & demonſ.* Pręroria verò *ex cōſtituta pecunia* per 30. *l.Receptitia* 2. *D.de conſtit.pecun.* Et tempus currit à conditione verificata, ſi obligatio ſit conditionalis.*d.l.cum notiſſimi* §. *illud.*Criminales verò per 20.*l Quarela*
116 12.*C. ad l. Corn. de falſ.* Sed iniuria per annum. *l ſi nō* 5.*C.de iniur.*Dolus & adulterium per quinquennium *l fin.C.de dolo, malo.l.Adulter* 5 *C. ad l. Iul. de adul.* In *an-*

annuis cenſibus ſufficit vnica præſcriptio ſortis principalis *l.eos, qui* 26.*C.de vſur.* Si verò ſors principalis non adſit, vel ſit impręſcriptibilis,tot ſunt pręſcriptiones ſuc-
117 ceſſiuæ,quot annui cenſus *d.l.cum notiſſimi* 7 §.*in his ,vbi Salycet*

Exigit *III.* Titulum.*l.Diutina* 4.*l.nec petentē*
118 5.*C.de praſcr.lon.tem.* Cuius vices gerit tempus immemorabile , & in ſeruitutibus patientia Domini.*l.ſi quis diuturno. l ſi à te emero,D.ſi ſeruit.vindic.l.* 2. *C de ſer.& aqua.* Succeſsor particularis Bonæ fidei præſcribit, quod anteceſsor malæ fidei nō poterat.*l.Quare* 38.*l ſi aliena* 10.§.*Scevola D.de vſucap.* Vt etiam ſucceſſor vniuerſalis,ſi incipiat à ſua poſseſſione *l. cum*
119 *heres* 11.*D.de diuerſ.& tempor.* vbi ideò hæres nequit præſcribere, quod defunctus non poterat;quia exordium rei bonæ fidei ratio non tuetur , & quia iura defuncti tranſeunt in hæredem ; ſed quando quis incipit à ſua poſseſſione exordium rei bonæ fidei ratio tuetur,nec vtitur iure defūcti; ergo. Et,ſicut particularis poteſt; præſcribere vtendo ſua poſseſſione bonæ fidei *l an vitium* 5 *D.de diuer.& tempor.* Ita etiam poterit ſucceſsor vniuerſalis , cum quod dicitur de Emptore,dicitur de hære. de *l.Pompon.* 11 .§ *quæſitum, D.de acq poſseſſ.* Nec malafides defuncti tranſit in hæredem,cum ſit vitium conſiſtens in cognitione perſonale , vt nec bona fides defuncti tranſit in hæredem malæ fidei. Nec of-
120 ficit iura defuncti tranſire in hæredem.

d.l.

d.l.cum hæres; nàm hoc eſt verum in iure tranſmiſſibili; non in intranſmiſſibili; ſic Ius præſcribendi bonæ fidei poſſeſsoris eſt intranſmiſſibile in eius hæredem malæ fidei, qui nequit præſcribere, quod defunctus bonæ fidei poterat.

Exigit IV. *bonam fidem continuam.l.2.10 C. de præſcr.lon.tem. c Poſſeſſor de reg.iur in 6.* Etiam in præſcriptione immemorabili.
121 *c fin.de præſcrip.d.c.Poſſeſſor.* Correctis iuribus requirentibus tantùm bonam fidem in principio, nec requirentibus bonam fidem in præſcriptione 30. vel 40 annorũ Et Poſseſsor bonæ fidei poſteà dubitans
122 facta diligentia præſcribit; cum in dubio ſit melior conditio poſſidentis, § *retinendæ inſtit.de interd.*

Quilibet valet vſucapere, qui per ſe, vel per alium poſſidere poteſt; vndè pupillus, &
123 infans per Tutorem vſucapiunt, & Furioſus vſucapit, quod cœpit poſſidere ante Furorem *l ſequitur* 4 *D .de vſucap.*

Quæuis res, quæ eſt in commercio hominũ, vſucapi poteſt; ſiue corporalis, ſiue incor-
124 poralis.*l.4.9.10.D.de vſucap.l ſi quis* 10. *D.ſi ſeru.vindic.l.* 2. C *de ſeruit.* Et ſic non præſcribitur res ſacra, Religioſa, reliquiæ mortuorum, publica, libertas *l.9.D.de vſucap.* Et bona pupilli.*l.*2.§.*quæ, C.de præſcr.* 30.*vel* 40.*l.*3.*C.quib non obijc. long temp.* Nec res dotalis; quia alienari nequit *l. ſi*
125 *fundum,D.de fundo dotali*; vt nec bona affecta vitio reali, vt furtiuæ, donec tale vitium purgetur per 30. annos in bonæ fi-

fidei

126 fidei Poſſeſſore. *Auth malæfidei*, C. *de præſcrip. lon. temp.*

DE DONATIONIBUS.

DOnatio doni datio *l. Senatus* 35. *D. de donat. cau mor. Eſt actus liberalis, quo*
127 *res præmittitur à volente acceptanti. l. 1. D. de donat.* Dicitur *Liberalis*; quia nemo cogitur donare. *l. Donari* 29. *D. eod.* Subditur *in acceptantem*, quia nolenti non acquiritur. *l. hoc iure* 19. *§. non poteſt. D. eod.* Donatio eſt contractus. *l. contractus* 17 *C.*
128 *de fide inſtrum. l. eum* 22. *D. de donat.* Cũ ſit plurium conſenſus in idem. *l. qui ex* 12. *l. qui id* 34. *D eod.* Et contractus nominatus. *Bart. in l* 7. *D. de pac.* Stricti Iuris pro
129 Donatario. *l eum* 22. *D. eod.* Bonę fidei pro Donante. *l. & habet* 15. *D. de precario.* Perficiturque re, vt effectus. *l. quiſquis* 28. *C. de donat.* Nec requiritur in donatione, vt ſit vltrò, citròque obligatio; cum ſit cõtractus lucratiuus, non onerosus.

Omnes, qui habent rerum ſuarum plenam administrationem, plenumque dominium donare poſſunt. *l.* 9. *§. donari, l. Filiusf.* 7. *D.*
130 *de donat.* Hinc carens vſu rationis non donat. *l.* 17. *D. eod.* Vt Furioſus, Pupillus, minor, qui nec decreto Iudicis, & conſenſu Tutoris, vel Curatoris donant; cum authoritas Iudicis ſit ad tuendum, non ad perdẽdum *d. l. Filiusf.*

Cuilibet poteſt fieri donatio, qui per ſe, vel
131 per alium acceptare valet. *l.* 5. *D. de don.*

Vndè poteſt donari abſenti acceptanti per Nuncium, aut Epiſtolam. *l. 4. l. Abſenti* 10. *D eod. l nec ambigi* 6. *l ſi aliquid* 13. *C. eod.* Et cum ſit de eius eſſentia acceptatio, poteſt donatio ante acceptationem reuocari *d. l. abſenti*, niſi Notarius iam Abſentis nomine acceptauerit. *l. ſi Pupillus.* 2. *D. rem*
132 *Pupilli ſalu for.* Aut is, qui ſub poteſtate donatarij eſt. *d. l. ſi Pupillus.* §. *ſi quis alij. inſtit. de inut. ſtipul.* Nàm alijs regulariter nomine alterius acceptare non licet. *l. Stipulatio* 38. §. *alteri. D. de verbor. oblig.* Acceptatio autem probatur in foro fori per
133 vnum Teſtem, & per taciturnitatem. *c. qui tacet de reg iur. in* 6.

Donatio Triplex. *Cauſa Mortis. Inter Viuos, & Anomala.*

CAVSA MORTIS donatio, qua res promittitur acceptanti reuocabiliter mortis ſuſpi-
134 cione. *l. Senatus* 35. *l. Mortis* 16. *l. non videtur.* 32. *D. de donat. cau. mor.* Exigit quinque Teſtes. *l fin. C. eod.* Contemplationem mortis, ſiue fiat à moribundo, ſiue nō. *l. Seia* 42. §. *cum Pater. D. eod. Ceſſat* ſuperuentu liberorum. *l. ſi vnquam* 8. *C. de reuo.*
135 *donat.* ſi Donatarius præmoriatur *d. l. Senatus*, §. *Mortis cauſa*, pœnitētia expreſſa, vel tacita Donantis. *l. Mortis cauſa* 16. *l ſi alienam* 13. *l. illud* 37. *D. eod.* Talis donatio eſt contractus quoad conſtitutionē;
136 cum ſit duorum conſenſus in idem; quoad verò effectus, & ſolemnitatem vltimam voluntatem ſapit *l fin. C. eod.* Ideoque
137 omnes, qui teſtamenta facere, donare

cau-

cauſa mortis poſſunt.*l Marcellus* 15.*l tàm is* 25.*D. de mort. cau. donat.* Præter quos etiam Filiusf. de aduentitijs Patris conſenſu, licèt nequeat teſtari.*d.l Marcellus. d.l. tàm is.* Cum non valeat negatiuè, *Non po-*
138 *teſt teſtari*; *ergo nequit donare*; licèt ſit verum affirmatiuè. *d. l. tàm is.* Et Pater ſuo conſenſu poteſt dare, quod eſt Iuris priuati, vt eſt talis donatio; cum ſit contractus; non verò, quæ ſunt Iuris publici, vt Teſtamentum. *l.* 3. *D. qui teſt. fac.*

INTER VIVOS donatio actus liberalis ex ſe irreuocabilis ſine mortis ſuſpicione. *l.* 1.
139 *D. de donat.* Si excedat 500. Solidos requirit inſinuationem; ſcilicet declarationem coram Iudice competente factam ſummæ, & voluntatis Donantis.*l. data. l. in hac. l. in donationibus. l. Sancimus* 34. *l pen. C. de donat.*

Et tenet etiam ſi ſit omnium bonorum præ-
140 ſentium, & futurorum, &c. *l. ſi vnquam C. de reuoc. donat.* I. quia non tollit facultatem teſtandi; nàm preſsus ære alieno in toto patrimonio poteſt teſtari. *l. fin. C de iu. delib.* Donans omnia bona eſt preſſus ære alieno in toto Patrimonio; ergo poteſt teſtari; nec donando omnia, omnium dominium transfert. II. quia eſt contra bonos
141 mores pactum futuræ ſucceſſionis. *l. ſtipulatio hoc modo. D. de verb. oblig. l fin. C. de pactis.* Non verò ſpontè à ſe tollere facultatem teſtandi, vt patet in Profeſſo, in Arrogato.

Poteſt reuocari I. Per *cauſas ingratitudinis*

Digitized by Google

non alias, quàm expreſſas *in l.fin. C. de reuocan.donat.* vbi *Bart.* Nàm pœnalia coar-
142 ctanda *l.fin.C.qui bon.cedere. II. Superuentu* liberorum facta non tantùm *Liberto*, ſed etiam *Extraneo* reuocatur tota; fa-
143 cta vni ex filijs in quantum eſt inoffi-cioſa. *l.ſi totas* 5. *C.de inoff.donat.l.ſi vnquã C.de reuoc. don.* Nec donatio reuocata reconualeſcit, deindè Filio mortuo; quia eſt extincta actio, & conſenſus. *Bart. in l.Titia,D.de leg.* 2. III. reuocatur donatio euẽ-
144 tu, vel conſilio *inofficioſa*, (ſcilicet lędẽs legitimam) facta Filio, vel extraneo; ſed facta *Filio* reuocatur pro rata legitimæ lęſæ. *l.ſi totas* 5. *l.ſi liqueat* 8. *C. de inoff. donat* Facta *Extraneo* euentu inofficioſa pro rata læſionis, conſilio reuocatur tota, ſi nihil Filio ſit relictum; pro rata, ſi aliquid relictum fuerit *d. l.ſi. totas. l.ſi mater* 7 *C. eod.* IV. reuocatur, ſi ſit *in fraudem Creditorum*, non obſtante bona fide Donatarij.
145 *l etſi debitor* 17. *D.de mort.cau.donat.* V. variato notabiliter ſtatu Perſonarum; quo
146 præuiſo non donaſſet: & facta metu eſt nulla.

ANOMALA donatio, hoc eſt, quæ nec eſt inter viuos, quia reuocabilis, nec cauſa mortis, quia ſinè mortis ſuſpicione, vt eſt l. in-
147 ter *Patrem, & Filium*, quæ eſt reuocabilis; licèt non fiat mortis ſuſpicione, & morte confirmatur *l.Donationes, quas* 25. *C.de donat inter l ſi Pater* 2. *C.de inoff. donat.l. cum de bonis* 11. *C. de donat.* Niſi ſit ob
148 cauſam, ad ſuſcipiendos ordines *l Cum*

opor-

oportet 6. *C de bonis,quæ liber. l.cum Pater* 79 §. *Rogo. D. de leg.*2. Vel ob cauſam ſtudiorum,&c.*l.de bonis* 6 § *qui pupillo.D.de carbon.Edic.* quæ nec compenſatur,nec cõfertur *l.quæ pater,D.famil.erciſc.*

II.*Inter Virum, & Vxorem,*quæ eſt ipſo *I*ure nulla.*l.* 1.*&* 2. *& tot. tit. D. de donat. int.* Sed confirmatur morte naturali, & Ciuili,
149 ad excludendum Fiſcum. *l.* 1. 2. 3.*l.Res Vxoris* 24.*C.eod.* Tenet autem, ſi ceſſet finis prohibitionis.*l.Maritus* 22. *C. eod.* vel ſi ſit ob cauſam.*l.*1.*vbi DD.D.de donat.*vel ſi donans, ſeù vterque ſciat matrimonium eſse nullum ; quia tunc donatio eſt inter concubinas,quæ tenet. *l. Donationes in cõcubinam collatas non poſſe reuocari conuenit.* 32.*D.de donat.*

Donatio autem propter Nuptias, quæ datur ex parte Viri Vxori ad dotis exequationẽ
150 tenet *l.ſi conſtante* 19.*Auth. ſed iam neceſſe, C. de ante nupt. donat.* Quæ imbibit tacitam conditionem ; ſi nuptiæ ſequantur.

DE TESTAMENTIS.

TEſtamentum mentis teſtatio definitur voluntatis noſtræ, &c. vel *legitima hæredis inſtitutio. l. illa inſtitutio* 32. *D. de hæred. inſtit.*Eſt vltimum iudicium morte confirmatum.*l neminem* 27. *D. de acquir.*
151 *hæred.* Itaut nequeat reddi irreuocabile etiam iurata Teſtatoris voluntate *l.ſi quis* 22.*D.de leg.*3.

Duplex in *ſcriptis*, *& nuncupatiuum. l. hac conſultiſſima* 21. *C. de teſtam* Vtrumque requirit 7. Teſtes Maſculos, Puberes, Ro-
153 gatos, qui non habeant defectum intellectus, ſenſus, loquelæ, oculi; nec crimen Maieſtatis legis Iuliæ, &c. *l. qui teſtamento* 20. § *nec Furioſus, D. de teſtam. Auth. credentes. C de hæret.* Nec eſt Teſtis exiſtens in Poteſtate Teſtatoris, qui habet Teſtatorem in Poteſtate, & qui ſimul cum Te-
154 ſtatore eſt in Poteſtate alterius: nec *hæres* aut qui eſt in Poteſtate hæredis, aut qui ſimul cum hærede eſt in Poteſtate alterius, aut qui habet hæredem in Poteſtate. *l. Parentes. C. de Teſtib.* nec *Domeſtici* Teſtatoris. *d. l. qui teſtamento* 20.

Teſtamentum priuilegiatum non requirit 7. Teſtes, & tale non eſt Teſtamentum *tem-*
155 *pore Peſtis*, ſed ad *pias cauſas* requirens duos. *c. cum eſſes* 10. *c. Relatum* 11. *de Teſtam. Inter liberos*, ad quod ſufficiunt duo, & etiam tenent ibi relicta extraneis. *l. hac conſultiſſima* 21. § *ex imperfecto, C. de Te-*
156 *ſtam.* § *uos igitur Auth. de imperf. teſtam.* quod Teſtamentum, quia ſpeciale non re-
157 uocatur ſequenti teſtamento; niſi id exprimatur. *d. l. hac conſultiſſima.* Priuilegiatum etiam eſt *Militare*, in conflictu nullũ, extra conflictum duos exigens Teſtes etiã non rogatos. *l.* 1. *D. de milit. teſtam. l. mili-*
158 *tes* 15. *C. de teſtam milit.* Et durat hoc priuilegium per annum poſt iuſtam miſſionem. *l. ſi certarum* 18. § *fin. D. de teſtam. milit.*

Ne-

Nequeunt condere Teſtamentum I. habentes *defectum intellectus*, vt Ebrij, Amētes. *l. Fu-*
159 *rioſi* 41. *D. de reg iur.* Prodigi, quibus eſt interdicta adminiſtratio. *l. 1. D. de curat. Fur.*

II. Habentes defectum ſenſus, auditus, viſus, loquelæ. *l. diſcretis* 10. *C. qui teſtam fac.*
160 At ſurdus, & mutus ſciens ſcribere poteſt condere teſtamentum, in ſcriptis; ſicuti ſurdus non mutus poteſt teſtari nuncupatiuè. *d. l. diſcretis*; imò etiam *Cæcus*, ſi hic adhibeat octo Teſtes. *l. hac conſultiſſima* 8. *C. qui teſtam. fac.*

161 *III.* Defectu ætatis impubes non condit Teſtamentum. *l. qua ætate.* 5. *D de teſtam.*

IV. Defectu poteſtatis, vt Religioſus, Seruus.
162 *Auth. ingreſſi. C. de ſacroſ. Eccleſ.* Et Filiusf. *l. Senium.* 3. *C. qui teſtam fac.* Etiam ſi
163 Pater careat vſufructu illorum bonorum. *l. fin. §. Filijs, C. de bon. quæ liber.* Niſi de
164 peculio Caſtrenſi, & quaſi. *l fin. C. qui teſtam. fac.* Et, cum conſenſu Patris ad pias
165 cauſas de peculio etiam Aduentitio. *c. licet.* 4. *§ fin. de ſepult. in* 6. Idquè, quia ſpeciale, vt eſt Teſtamentum ad pias cauſas, non includitur in generali prohibitione
166 teſtandi. *l. item apud Labeonem, D. de iniur.* Nec *I*us poſitiuū impedit actus pie-
167 tatis, quos ſemper promouere intendit. *§. ſi quis ex prædictis, il* 2. *Auth. vt cum de appell. cognoſ.*

V. Defectu Pœnæ, qui eſt deportatus. *l. eius*
168 *qui.* 8. *§.* 1. *D. de teſtam.* Vt eſt Bannitus, occidens ſe ipſum metu pœnæ, Vſurarius.

publicus, vſuris non reſtitutis *c. quamquã 1. de vſur. in 6.* Reus Maieſtatis; dubius de ſuo ſtatu. *l. de ſtatu 15. D. de Teſtam.* Damnatus ob carmen famoſum *. l. 18. § ſi quis ob carmen. D. qui teſtam. fac.* Damnatus verò ad mortem de conſuetudine, non ve-
169 rò de Iure teſtamentum condit. *d. l. eius, qui 8.*

Exhæredatio

EST *excluſio Perſonarum à tota hæreditate eis debita in Teſtamento legitimè*
170 *facta. Bart. in. l in ſuis. n. 7. D. de liber. & Poſth.* dicitur *Excluſio* ad differẽtiam *Abdicationis*, qua quis ſpontè non vult hæreditatem; & *Repudiationis,* qua acquiſita hæreditas deponitur.

Præteritio eſt non nominare liberum in Teſtamento; & nomine liberi veniunt deſcẽdentes, vſque ad 6. gradum; Et nomine Pa-
171 rentum, vſque ad Tritauum. *l. Iuris, §. Parentes in princip. D. de gradib.*

Præteritione Teſtamentum eſt nullum *Tex. hic, ibi, Inutiliter teſtabitur:* Et ius dicen-
172 di nullum Teſtamentum competit *Præterito* intra 30. annos; quo non inſtante; Iudici. *l. ſcimus, C. de inoff. teſtam. Exhæredato* intra quinque, quo non inſtante Iudex non annullat. *l. prolatam 4. C. de ſent. & interlo.*

Teſtamẽtum exhęredatione iniuſta corruit:
173 ſtant verò cætera capitula; putà ſubſcriptiones; Legata, Libertates. *§. ſiue igitur*

Auth.

Auth. Vt cum de appell. collat. 8.

Exhæredatio debet eſſe *Certa*, Abſoluta, cum
174 cauſa expreſsa, probanda, à tota hæreditate, & vt inſtitutus adeat, quo nõ adeunte exhæredatus ab inteſtato ſuccedit. *d. Auth* §. *aliud quoque. Auth. non licet.* C. *de liber. prater.*

Cauſæ autem exhæredationis Filij ſunt 14. expreſſæ in *d. Auth. vt cum de appell.* §. *cauſas*: nèc ex alijs cauſis, licèt maioribus
175 valet exhæredatio; cum ſimus in pœnis non extendendis. *l. interpretatione* 42. *D. de pœn. d. Auth.* ibi, *nominatim.* §. *aliud quoque.*

Nepos viuo Patre f. non eſt inſtituendus, nec exhæredandus; vnde Patre iuſtè exhæredato nepos non rumpit Teſtamentum. *l ſi quis* 6 *D. de iniuſ. rup. l. ſi quis* 9. §. *ſi Fi-*
176 *lium. D. de liber. & Poſth.* Nec obſtat *l.* 1. § *ſi Pater, D. de coniungen. cum emancip. liber.* Nam iſta loquitur de emancipato.

Poſthumus, licet olim, *vt hic in* §. *Poſthumi*, modò non poteſt amplius exhæredari; Nã leges aliàs eſſent iniquæ excipientes ſine
177 cauſa Perſonas: & leges correctoriæ extendendæ quòuſque iniquitas tollatur; ſic licèt expreſsè non loquantur de Poſthumo, illum comprehendunt, ne illum iniquè excludant. *l. ſi quis teſtamento* 33. §. *legis autem*, C. *de inoff. teſtam.* §. *aliud quoque Auth. Vt cum de appell.*

Parentes, cum ſint inſtituendi à Filio carente legitimis deſcendentibus, ex octo iuſtis
178 cauſis in *d. Auth*, §. *Iuſtum*, §. *Sancimus*,

Digitized by Google

expreſſis non ex alijs exhæredari queunt.

Frater non aliàs, quam ſi velit inſtituere turpem perſonam debet exhęredare Fratrem vna ex triplici non ex alia cauſa. *Auth. de nupt. §. ingratitudinem. collat.* 4. *l. Fratres*
179 27. *l. Fratris* 21. C. *de inoff. teſtam.*

Sublata eſt differentia inter Fæminas, Maſculos, natos, Poſthumos, inſtituendos pa-
180 riter, aut exhæredandos. *l. maximum* 15. §. *cum igitur.* C. *de legit. hæred.*

Adoptatus ab *Aſcendente* tranſit in eius poteſtatem, §. *ſed hodie lib.* 1. *de Adoption.*
181 Qua durante inſtituendus adoptatus, aut exhæredandus ab Adoptante, qua ſoluta à legitimo, & naturali patre. §. *ſed hi, Inſtit. de hæredit quæ ab inteſt. defer. l. in contra, § ſi ex tribus, D. de bonor. poſſeſſ. con. tabul.*

Adoptatus ab *Extraneo*, cum non tranſeat in
182 eius Poteſtatem; licèt ab inteſtato ei ſuccederet; inſtituendus tamen, aut exhæredandus à Patre legitimo, & naturali. *d. §. ſed hi, lib.* 3.

Inſtitutio

Exhæredationi affinis; eſt ſtatuere ſibi ſucceſſorem *Vniuerſalem* Iuris hæredi-
183 tarij, *Particularem* Fũdi. *Vniuerſalis* dupliciter; *Expreſsè*, & *Tacitè*: *Expreſsè* verbis expreſsè. *Tacitè* verbis, tacitè exprimẽtibus. *l. Hæredes palàm*, 21. *D. de teſtam. l. ſi ita ſcriptum* 13. *D. de liber. & Poſth.* Inſtitutus Particularis omnia capit, ſi nullus ſit

Digitized by Google

Vniuerſalis, vel inſtitutus deſinit. *l. ſi teſtatur.* 1. §. *ſi ex fundo. D. de hæred. inſt.* Quod, ſi plures ſint Particulares, accepta re particulari iure prælegati, æqualiter ad hæredi-
185 tatem veniant. *l. ex facto* 35. *l. quoties* 9. § *ſi duo ſint. D. eod.*

Hæres eſt ſucceſſor in vniuerſum *Ius* Defun-
186 cti. Hæreditas vniuerſum *Ius* Defuncti. *l. Hæreditas* 119. *l. cum hæredes* 23. *D. de acq. poſſeſſ.* Quæ repræſentat Defunctum,
187 ex teſtamẽto, ab inteſtato, & iacens. *l. non minus* 31. *D. de hæred. inſtit. l. Hæres* 22. *D. de vſucap.*

Hęredis appellatione venit omnis in infinitũ
188 *l. Hæred.* 170. *D. de verb. ſignif.* Vndè nõ nominatim grauatus, hęres cẽſetur grauatus
189 hęres Hęredis, qui eſt hæres Teſtatoris. *l. Pacłuleius, ult. D. de hæred. inſt.*

Hæres pro parte, totum capit, excluſis venientibus ab inteſtato: cum nemo, excepto
190 Milite, & Clerico Filiof. teſtante de bonis tantùm quæſitis tempore Clericatus, Ciue Neap., qui pro medietate antiquorũ, & fæmina, quę pro decima parte dotis in Ciuitate diſponit; Poſſit pro parte Teſtatus, pro parte inteſtatus decedere. *l. Ius noſtrum* 7. *D. de reg. iur.*

Inſtitutio ad interrogationem, non ad ſuggeſtionem alterius valet, & remiſſa in al-
191 terius voluntatem expreſſam non tenet; licèt in tacitam, puta ſub conditione Poteſtatiua remiſſa, teneat. *l. illa* 32. *l. ſi quis* 68. *D. de hæred. inſt.* Sicuti, & exhæredatio ſub conditione nõ tenet; *l. etſi* 31. *D. de liber. & Poſth.*

Digitized by Google

Pactum de futura ſucceſſione, aut inſtitutione non tenet, etiam inter deſcendentes. *l. Pactum* 3. C. *de collat. l. ſtipulatio* 41. *D. de*
192 *verb. oblig.* Nec valet, ſicuti nec Teſtamẽtum, Iuramento firmari. *l. cum hic* 32. §. *Pœnitentiam, D. de donat. int.*

Error in Nomine, Pronomine, Demonſtratione, ſi conſtet de Perſona, de re, non vi-
193 tiat inſtitutionem; ſecus ſi non conſtet. *l. his verbis* 48. §. *ſi in parte, D. de hæred. inſtit.*

Inſtitui poteſt, tùm ſeruus, tùm liber quilibet certus, Dominij capax, licèt ignotus
194 Teſtatori, aut ſuo, aut Patrio Iuri ſubditus. *l. non minus* 31. *l. in tempus* 72. §. *quoties, D. de hæred. inſtit.* Criminoſus alterutrius læſæ Maieſtatis nequit inſtitui, nec Spurius à Patre, nec Filius naturalis, niſi
195 deficientibus deſcendentibus. *Auth. licet C. de naturalib. liber. l. quiſquis, C. ad l. Iul. Maieſt.*

Hæreditas Iure determinatas duodecim partes, ſeu vncias admittit; niſi aliter Teſtator diuidat.

Quarum vna Pars, dicitur *Vncia*: Duæ vnciæ dicitur *Sextans*: Tres vnciæ, *Quadrans*: Quatuor vnciæ, *Triens*: Quinque
196 vnciæ, *Quincunx*: Sex vnciæ, *Aſſis*: Septẽ vnciæ, *Septuus*: Octo vnciæ, *Bes*: Nouem vnciæ, *Dodrans*: Decem vnciæ, *Dextans*: Vndecim vnciæ, *Deunx*: Duodecim vnciæ, *As*, ſeu tota hæreditas. *l. ſeruum* 50. §. *hæreditas, D. eod.* Non diuiſa hæreditate, æqualis datur ſucceſſio, §. *ſi plures* 10. *hoc tit.* Et,

di-

diuiſa tota inter duos, inſtituto Tertiò ſinè partis aſſignatione, debetur Tertiò me-
197 dietas hæreditatis; & alia medietas duobus. *d.* § 10. *l. quo loco* 20. § *fin. D. de hæred. inſtit.* Et, duobus coniunctis inter ſe, alteroque ſimpliciter inſtituto, vna medietas datur coniunctis, altera ſimpliciter inſtituto. *l. item* 17 *v nam, etſi, D. eod.* Et pars à tali coniuncto repudiata, non ſimpliciter
198 inſtituto, ſed coniuncto accreſcit. *l. Heredes* 63. *l. liber. homo* § *cum quis, D. eod.*

Poſthumo ſtãte, Nato poteſt dari, tùm Quarta, tùm Sexta: cum poſſit eſſe, vt naſcantur,
199 Tres, aut quinque. *Et l. Antiqui* 3. *D. ſi pars hæred. petat.* diſponens dari Quartam, non excludit Sextam, vt diſponitur in *l. Vtrum* 8. *D. de reb. dub.*

Inſtitutio *Pura* vna, alia *Conditionalis*, alia *ad diem* incertum, ex *certo tempore, ad cer-*
100 *tum tempus. l. Legatis* 1. *D. de condit. & demonſtr.*

Conditio altera *Reſolutiua* contractum reſoluens. *l.* 1. *D. de donat.* altera *ſuſpenſiua* actum in futurum ſuſpendens euentum. *l.*
201 1. *D. de condit. & demon.* Alia de *Præſenti*, alia *de Præterito*, quæ non habent conditionis eſſentiam: alia de futuro verè ſuſpẽdens actum; Rurſus vna *Impoſſibilis* verificari nequiens; alia *Neceſſaria* verificanda omninò; alia *Contingens* potens eſſe, & nõ eſſe. *l. Impoſſibilis* 7 *D. de verbor. oblig.* Contingens alia *Caſualis* pendens à caſu; alia *Poteſtatiua* pendens à voluntate illius, à quo implenda; alia *Mixta* ab vtroque; alia

Ta-

Digitized by Google

Tacita. l. Legatis 1. *D. de condit. & demonſt.*
Impoſſibilis vna ob *Perplexitatem*, vt *Inſtituo Caium, ſi Seius hæres erit*; & *Inſtituo Seium, ſi Caius hæres erit l. ſi Titius* 16. *D. de condit. inſtit.* alia *ſecundùm mores*, *vt inſtituo te, ſi Patrem occidas*: Alia *ſecundùm naturam*, vt *Inſtituo, ſi Hircocerуus naſcatur.*

Conditio per Perplexitatem deſtruit inſtitutionem *d. l. ſi Titius* 16. Conditio impoſſi-
203 bilis ſecundùm mores, aut naturam reijcitur, retenta vltima voluntate. *l. ſi media* 45. *D. de hæred. inſt. l. obtinuit* 3. *D. de condit. & demon.* Excepta Filij, non nepotis inſtitutione ipſo iure nulla. *l. Filius.* 15. *D. eod.* Conditio contingens quælibet in
204 qualibet, excepta Filij inſtitutione, apponi valet. *l. ſuus* 4. *D. de hæred. inſt.*

Conditio *Poteſtatiua* habetur pro verificata, ſi non verificetur ſinè culpa illius fauore cuius res relicta eſt. *l. ſi ita hæres* 3. *l. ſub impoſſibili*, §. 1. *D. de condit. inſtit.* Idem dè *Mixta*, quę habetur, vt impleta, ſi non im-
205 pleatur ex defectu alterius; qui debet cõcurrere ad conditionem implendam. *l. in Teſtamento. la* 2. *D. de condit. & demonſt.*

Caſuali conditione verificata res debetur etiam ab hærede grauato impediente euentum. *l. ſi Titius.* 14. *D. eod.* Dies incer-
206 ta conditionem facit. *l. Dies* 74. *l. Legatis* 1. *D. eod.* Vndè ijſdem regulis, ac conditio procedit.

Inſtitutio ad diem certam, & ex die certa pura eſt; Nàm dies reijcitur. *l. Hæreditas* 34.

34. *D. de hæred. inſtit.* Inſtitutis verò duo-
207 bus vno ad diem A. alio deindè: Primus tenetur reſtituere hæreditatem iure Fideicom. niſi adueniente die debitam ſecundo inſtituto. *arg. l. Peto* 71. *D. de leg.* 2. Idquè
208 in teſtamento Pagani; nàm Miles poteſt vnum directè; deindè nullum, aut alterum etiam directè inſtituere. *l. Miles ita* 42. *D. de Milit. teſtam.*

Teſtamentum corruit

I. SI *Nullum* ex defectu eſſentiali *l. Teſtamentum* 1. D. *de iniuſ. rup.* II. Si validū ab initio *Rumpatur* mutato ſtatu rerum;
209 vt Poſthumo, vel ſecto ventre naſcente; qui licèt illicò moriatur. *l. Vxoris* 2. C. *de Poſthum. hæred. l. quod dicitur* 12. *D. de liber. & Poſthum.* vt etiam 8. & 7. menſe
210 natus, excluſo Abortiuo, rumpit Teſtamentum. *l. Septimo* 2. *D. de ſtatu hominum d. l. Vxoris.* Vt rumpitur etiam Agnatione ſui hæredis. *l. Certum* 8. *l. Teſtamentum* 1. *D. de iniuſt. rup.* III. ſi *Irritum* valens nul-
211 los tamen producens effectus, vt ſi hæres non adeat hæreditatem. *d. l. Teſtamentum.*

Secundum *T*eſtamentum ſolemne infirmat
212 primum, ſi hæreditas poſſit adiri, etiam ſi non adeatur. *l. ſi quis* 29. *D. ad Trebell.*

Inofficioſum Teſtamētum dicitur ſi contineat exhæredationem cum cauſa *Iure* probata, quæ re uera non extat: Quod ſi adſit cauſa
213 non Iure probata Teſtamentum dicitur

nul-

nullum. *Auth.de Triente, & Semiſ. lib.2. inſtit. de inoff.Teſtam.*

Legitima

EST quota portio illius, quod quis ab Inteſtato habiturus eſt. *Auth.nouiſſima*
214 *C.de inoff.Teſtam.* Computanda deducto
215 ære alieno. *Auth.de Triente, & ſemiſſe. l.Princeps 21.D.de verb.ſignif.*

Debita *Filijs* eſt tertia pars illius, quod deberetur ab Inteſtato, ſi Filij ſint quatuor, aut
216 infrà; medietas, ſi ſupra quatuor. *Auth. de Trien.& Semiſ.d. Auth nouiſſima.*

Debita *Parentibus* eſt Tertia pars etiam quandò adſunt Fratres Defuncti; nam inter Patrem, & Filium eſt mutua ſucceſſio;
217 & quod de Patre reſpectu Filij dicitur, dicendum de Filio reſpectu Patris, etiam in correctorijs; ne ſequatur iniquitas. *Aut. vt cum de appellat.cognoſ. d. Auth.nouiſſima.*

Debita verò *Tranſuerſalibus* eſt quarta pars
218 *Gloſ.in d. Auth.nouiſſima.* Ne ſinè iure nouo corrigatur ius antiquum contra *l. vn. C.de inoff.dotib.*

Legitima non recipit onus, *l. Quoniam 32. C.de inoff.Teſtam.* Et approbato Teſtamē-
219 to non intelligitur approbatum onus ſcriptum; quod habetur pro nō ſcripto. *d.l. 32 l ſi quando 35.§ & generaliter, C. eod.* Vndè nequit grauari Fideicommiſſo. *l.ex tribus 26.d.l.32. C.de inoff. teſtam.* Exce-
220 ptis aliquibus caſibus; vt ſi Filius excludatur

datur à tota hæreditate, niſi in legitimæ onus conſentiat, quod onus eſſet voluntarium. *d.l.35 § generaliter,&c.*

221 Detrahitur impropriè, vt æs alienum reſpectu Legatorum,& Fideicommiſſi, vt ſic ante iſta detrahatur. Nec bona Patris dicuntur tacitè hypothecata, cum nullo iure hypotheca hæc ſit expreſſa; & ſic non in-

222 ducenda. *l.ante omnia 23.D.de probatio.* Nec augetur bonis futuris contingẽtibus, puta, fructuum abundantia, ſed ſolùm bonis futuris habentibus originem à Teſtatore, quæ retrotractione finguntur habita à

223 Teſtatore. *l.veniunt 9. D.Famil.Erciſc.l. ſi Patronum,§.fin.D.de bon.libert.*

Tempore mortis Teſtatoris debetur legitima *Auth. nouiſſima. l.cum quæritur 6. C. de*

224 *inoff.teſtam.* Quam nec Filij poſſunt petere viuo Patre, cum illo mortuo habeant Ius.§.1. *in fin. Auth. de Trien. & Semiſ.* Mortuo tamen Patre ciuiliter per Profeſſionem ſtatim eſt danda legitima Filijs ve-

225 ris; cum ſtatim debeatur Filio ficto; ſcilicet Monaſterio; & Filius Fictus non debet præferri vero, cui Pater debet dare alimenta, quæ non dat; cum iam non ſit Dominus ſequuta Profeſſione; ergo debet dare legitimam.

Filijs legitimis, & naturalibus, non naturalibus tantùm debetur legitima. *Gloſ. in l.1.*

226 *D de bonor.poſſeſſ.contra Tabul.* Arrogatis etiam debetur.§.2.*inſtit de inoff.teſtam.*

Habemus Filios mortuos ante Patrem, ſuperſtites Patris, renunciantes, incapaces, Filias dotatas.

Su-

Superſtites Patri, non mortui ante Patrem cō-
putantur in numero Filiorum ad augendā
227 inter ſe legitimam. *l. cum quæritur* 6. *C. de inoff. teſtam. Bald. in l non pro numero, D. ad Orfician.*

Incapaces viuo *Patre* contrahentes incapacitatem, vt Banniti mortui iure ciuili. *l. actio-*
228 *ne 66. § publicatione D. pro ſoc.* Monachi incapaces viuo Patre profitentes non computantur, nec tranſmittunt Ius ſuum in Monaſterium incapax; nàm non eſſe, & incapacem eſſe, quoad hoc paria ſunt. *l. non*
229 *putauit § nō quauis. D. de bonor. poſſ. con. tabul. l. ſi ſe 4. § condemnatum. D. de re iudic.*

Renunciantes bonis Paternis computantur, ſi aliquid accipiant, cum ob acceptam illam portionem ſuccedere videantur Patri: Et
230 renunciantes ad fauorem Tertij, etiam numerantur; ſicuti, & Monaſterium capax. *Auth. ingreſſi. C. de ſacroſan. Eccl.*

Dotata Filia computatur. *l. Filia 12. Auth ex teſtamento. C. de collation. l. quoniam 29.*
231 *C. de inoff. teſtam.* Nàm dos ſuccedit loco legitimæ *l. Titio centum 70. § Titio genero. D. de condit. & demonſtr.* Et niſi Filia renunciauerit legitimæ, aut eius ſupplemento in ſpecie cum iuramento. *l. 35. § & generaliter. C de inoff. teſtam.* Auctis bonis Paternis augenda dos, quà legitima. *l cum quæritur. 6. C. de inoff. teſtam.* Non quà dos, quæ ex ſe debet eſſe congrua, nec au-
232 genda *l. ſi voluntate 8. C. de reſtind. vendit. l. Titia 63. D. de Iur. dot.* Et quo ad hoc,

& mul-

Digitized by Google

& multa alia differt dos à Legitima: Dos
enim viuo Patre, ad ſubſtinenda onera
233 Matrimonij, non titulo inſtitutionis, ſub
conditione, ſi nubat debetur. *l. fin. C. de dot.
promiſſ. l. vn. C. de rei Vxor. action.* Non ſic
Legitima, vt ex dictis patet.

Habemus *Querelam*, & *Actionem* ad *petendã
Legitimam*, vel *eius ſupplementum*: quæ
234 differunt; nàm Querela quinquennio
durat. *l. Papinianus* 8. § *fin. l. ſi autem* 9. *D.
de inoff. teſt.* Actio verò ad petendam Legi-
timam, aut eius ſupplementum durat 30.
annis, cum ſit Actio Perſonalis, ſcilicèt cõ-
235 dictio ex lege. *l.* 1. *C. de condic. ex lege*,
vel petitionis hæreditatis, quæ durat 30.
annis. *l. ſicut* 3. *C. de præſcrip.* 30. *annorum.*
Nec refert, actionem eſſe ſubſtitutam que-
relæ; & ſic illius ſapere naturam quinquẽ-
nalem. Nàm id nõ currit, vbi ſubſtitutio eſt
extinctiua, ſed vbi tranſmiſſiua; et hic
236 abrogatur Querela noua legis condi-
ctione. *II.* Querela deſtruit Teſtamentum.
l. 2. *D. de inoff. Teſt.* Actio verò ad ſupple-
mentum petit, quod legitimæ deeſt. *l. Om-
nimodo* 30. C. *de inoff. teſt.*

Omnibus, quibus debetur Legitima, competit
hæc Querela. *l. Liberorum* 220. *D. de verb.*
237 *ſignif.* Quæ ceſſat. I. Approbatione Teſta-
menti *l. ſi pars* 10. §. *illud. D. de inoff. teſt. l.
Parentibus* 8. § *qui autem*, C. *de inoff. teſta.*
II. Legitimæ renunciando. *l. ſi quis* 34. *in*
238 *fi.* C. *eod.* *III.* Silendo per 5. annos incipiẽ-
tes à die aditæ hæreditatis. *d. l. ſi quis, l.* 36.
§. *Illud præterea*, C. *eod.*

HÆ-

Hæredum qualitas

HÆredes alij *neceſſarij*, qui coguntur adire hæreditatem, vt Serui à Domino instituti. *l ſi alienum* 49. *D. de hared. inſtit.*
239 *Iſti* debent eſse habiles tempore mortis Teſtatoris, vel exiſtentis conditionis. *l. Filius, § quis, l. ſub* 10. D. *de liber. & Poſth.* Alij *Sui*, & *Neceſſarij*, vt ſunt omnes im-
240 mediatiores Patriæ Poteſtati. *l. neceſſarijs* 57. *D. de acq. hared.* Debēt eſſe habiles tempore mortis Teſtatoris, & facti Teſtamenti. *lib.* 3. *inſtit. de hared. qua ab inteſt.* Alij *Extranei*, vt ſunt omnes extra Poteſtatem Teſtatoris. *l. illud* 4. *D. de bonor. poſſ. con. ta-*
241 *bul.* Qui debent eſſe habiles tempore, mortis Teſtatoris, & factionis teſtamenti, & aditionis. *l. ſi alienum* 49. *§. in extraneis, D de hared. inſtit.*

Hæres *Suus* continuat dominium cum Defuncto, eique ſuccedit neceſſariò. *l. in ſuis,*
242 *D. de liber. & Poſth.* Licèt hodiè non cogatur adire. *tit. C. ſi ab hared. ſe abſt.* Vnã gerit Perſonam cum Defuncto, & ſuccedit in bonis, quaſi ſuis continuando dominiũ, non poſſeſſionem; quia hæc eſt facti. *l. Poſſeſſio* 1. *§. Furioſus, D. de acq poſſeſ. l. Pen. C. de Imp. & alijs.*

Suitas requirit immediatiorem Patriam poteſtatem. *l. Lege Cornelia* 12. *D. de teſtam.*
243 Vera, & Ficta: Vera in Filijsf. legitimis reſpectu Patrisf. *l. Gallus* 29 *D. de liber. & Poſth.* Ficta, quæ fingitur à lege, vt in ad-

ro.

Digitized by Google

rogato, in Monaſterio. *l. Deo nobis* 54. *C. de Epiſc. & Cler.*

Ius deliberandi

EST poteſtas conſulendi de hæreditate adeunda intra legitima tempora taxata *l ſi ſeruus* 1. *D. de iur. delib.* Competit
244 hæredibus ab inteſtato, & ex Teſtamento. *l. cum in antiquioribus* 19. *C. de iur. delib.* Fideicommiſſario vniuerſali. *Bart in d. l. ſi ſeruus*: Domino pro hæreditate Seruo delata *l. cum Filio* 11. *D. de leg.* 1. Non tamen Procuratori pro Furioſo, cum hęredi-
245 tas nequeat per Procuratorem acquiri. *l. per Procuratorem* 89. *l.* 47. 48. *D. de acquir. hæred.*

Annus Parentibus, & liberis datur ad deliberandum. *l. fin. l.* 19. *§. Et hac quidem*, *C. de*
256 *iur delib.* Si à culmine Imperiali: nouem menſes, ſi ab alio Magiſtratu concedatur. Extraneo cētum dies *l. Itaquè* 2. *D. de iur. delib* Filijs ad deliberandum de Patria hæreditate triplex annus; vnus, vt Filij, alter, vt legitimi, alter, vt proximiores agna-
247 ti. *l.* 1 *§. ſed viuendum*, *D. de ſucceſſ. edic.* Quod tempus nequit contrahi, aut prorogari. *l. itaque* 2. *D. de iur. delib.*

Petitio Hæreditatis

SEquitur Ius deliberandi; *eſtque actio mixta data Succeſſori pro petenda hære-*
248 *ditate vnà cum damnis, intereſſe, emolumentum.*

mentis.l.omnium 19.*C.de teſtam.*Competit hæredibus ex Teſtamento, & ab Inteſtato, contra quemlibet Poſſidentem, vel detinentem hæreditatem titulo pro Hærede, vel pro Poſſeſsore. *l. Hæreditatis* 7.*l. Cogi* 11.C.*de petit.hæred.*

Præambulum

E*S T decretum legitimum declarans aliquem eſſe Hæredem Defuncti Franc.de-*
249 *ciſ.* 204 Expediri debet coram Iudice competente: Vndè in Curia Eccleſiaſtica, nequeunt expediri Præambula; etiam ſi hæres, vel Defunctus ſit Eccleſiaſticus, vt in noſtro Regno praxis obtinuit. *Guid. Pap.dec.* 261.

Inſtitutus in Codicillis, cum re ipſa non ſit
250 hæres *l.Hæreditatem* 2.C.*de Codicill.* Nō vtitur Præambulo.*Franc.dec.*194.*n.*5.

Inuentarium

E*S T legitima deſcriptio bonorum pro tēpore mortis defuncti ab Hærede facta. l. fin,§.ſin autem dubius,C.de iur.delib.* In
251 bonis præſentibus incipere debet intra 30 dies; & intra alios 60.compleri. In Abſentibus intra annum currentem ab aditione hæreditatis, non dilata doloſè. *d.* §. *ſin autem dubius*; vbi *Bart. l Statu liberos* 3.§ *ſi quis hæridi D.de ſtatu liber.*

Faciendum eſt Inuentarium authoritate Iudicis, & vbi maior pars bonorum ſita eſt.

Bald.

Digitized by Google

252 *Bald. in l.fin. C.de adoption.* In noſtro Regno ſeruatur *Inuentarium* factum à Partibus confirmari à M.C.V. Citandi sũt in confectione *Inuentarij* Legatarij, Cre-
253 ditores;& omnes alij,quibus intereſt; ne doloſè aſſerant factum inuentarium. *c.* 1. § *ſi verò abſunt.Nouella* 1.*l.nam ita* 39.*D. de adopt.*Quibus præſentibus requiruntur
254 duo Teſtes *d.c.*1. Abſentibus verò dictis quinque Teſtes;etiam Fœmina, cum nullo Iure id inhibeatur.*l.*1.§.1.D. *de Teſtib.* Faciendum eſt ſubſcriptione hæredis, aut alterius loco illius; Notario ſcribente,fir-
255 mante.*d.l.*22. § *ſin autem*, C. *de iur.de. lib.*

Sunt ſcribenda in *Inuentario* coram dictis bona omnia, Iura, Debita, Credita Teſtatoris. *d.l.*12.Et fit proteſtatio de apponen-
256 dis non appoſitis, & de tollendis appoſitis; ità vt ita ſit factum, vt habeatur pro non facto. *Bald. in d.l.ſcimus* 22. Quod ſi aliqua non ſcribantur, Inuentarij beneficium amittitur, & hæres punitur pœna
257 duplici. *d.l.ſcimus* 22. §. *licentia.* Et remiſſo Inuentario à Teſtatore, vt remitti poteſt; adhuc eſt faciendum; licèt non
258 adeò exactè.*l.qui plures* 42.*D.de admin. Tutor.l.ſi ſeruus vetitus* 112.*D de leg.*1.

Inuentarij confectione pendente Hæres poteſt debitores hæreditarios conuenire, &
259 ipſe nequit à Creditoribus conueniri, vt Hæres *d. l.* 22. Licèt, vt Poſſeſſor poſſit actione rei vindicationis, hypothecaria conueniri,*d. l.ſcimus* 22. § *in cõputatione,*

& §.

260 & §. *donec.* Conficiens Inuentarium non tenetur ex proprijs. *d. l.* 12. §. *cum igitur.* Sicuti, nec tenetur, ſi certum ſit non adeſse bona hæreditaria, etiam non confecto Inuentario; nàm Lex fundatur in præſumptione; ſcilicet Hæredem non omnia bona hæreditaria ſcripſiſſe. *d. l.* 12. C. *de Iur. delib.*

Acquiſitio Hæreditatis

EST *actus acquiſitionis bonorum defuncti legitimus diem, & conditionem non*
261 *recipiens. l. arem qui* 91. §. *ſed, & ſi.* D. *de acq. hæred.* Fit ſolo animo. *l. pro hærede* 20. ibi; *Animo hæredis.* D. *eod.* Voluntariè niſi cogatur, vt adeat, & reſtituat Fideicom-
262 miſſario vniuerſali. *l. cogi, l. qui totam* 45. D. *ad Trebell.*

Requirit, vt hæres ſit certus cum repræſentet perſonam certam Teſtatoris. *l nec is. l.*
263 *Hæres in fin.* D. *de acq. hæred.* Vt cognoſcat ex Teſtamento, an ab Inteſtato ſit delata ſibi hæreditas; an ſit neceſſarius, an voluntarius hæres. *l. Pater* 92. *l. ex ſemiſſe* 64. D. *eod.* Et cum ſe obliget ex quaſi contractu Legatarijs. *l. Viam* 10. C. *locato.* Hinc ille nequit adire, qui nequit ſe obligare, cũ adeundo quaſi contrahat *l. iubemus* 5. C.
264 *de emancip. liber.* Talis eſt Infans, cuius nomine adit Pater, Iudex. *l. ſi Infanti* 18. C. *de iur. delib.* Tutor adit nomine Pupilli; non tamen Curator nomine furioſi; quia
265 Tutor datus Perſonæ ſupplet defectus per-

perſonales Pupilli: Non ſic Curator, qui datur Bonis. *l. Pupillus ſi fari 9. D de acq. hered l ſi infanti 18 C de iur. delib.*

Seruus ſine iuſſu Domini non adit; nec Dominus ſine ſeruo, cum aditio ſit affixa
266 Perſonæ inſtitutæ. *l ſi quis heres 13. l qui in aliena 6. D. eod.* Filius poteſt adire ſine iuſſu Patris aduentitiam hæreditatem, nõ verò Profectitiam. *l. ſi quis 25. § iuſſum, D. eod.* Pater verò inuito Filio, non tamen
267 ipſo mortuo Profectitiam, & Aduentitiã Adire poteſt *l ſi qui, § fin. D. eod. l fin. C de iur. delib.*

DE SVBSTITVTIONIBVS.

Svbſtitutio eſt *ſubrogatio vnius loco alterius deficientis ad hereditatem. l quamuis 4.* ibi. *in locum eorum, C. de impub l ſi dolo 1. §. ante*; ibi, *in locum deficientis, D. ſi*
268 *quis teſtam.* Et ſubſtitutus venit, ſiue alius deficiens ſit inſtitutus, ſiue exhæredatus, vt in Pupillari *l. 1.* ibi, *Tam inſtitutis, quã exheredatis. l. 2.* ibi *inſtituti, vel exhereda, ti D de vulg.*

Duplex vna *Directa*, qua ſubſtitutus venit ex immediata voluntate Teſtatoris. *l. item ſciendum 20. § fin. D. de pet. hered.* Et hæc
269 tantùm in teſtamento fieri valet. *l. 2. § Hereditatem, C. de Codic.* Et corruente inſtitutione teſtamentum à ſubſtitutione incipit. *l. ex facto 43. §. Lucius.* ibi, *Ex teſtamento eos heredes. D. de vulg.* Et prædile-
270 ctus in inſtitutione eſt prædilectus in

 ſub-

ſubſtitutione. *l.24.D.ibid. l.1.C.de impub.* Habetque ſubſtitutus repudiata ab inſtitutis. *l.cum ex filio 39. §. quidam. D. de vulg.*

Altera *obliqua, indirecta*, qua ſubſtitutus venit non immediatè ex immediata volun-
271 tate Teſtatoris. *l precibus C. de impub. l. Lucius 78. §. Pater.* ibi, *Reſtitueret. D. ad Trebell.* Et hæc extrà teſtamentum fieri valet, etiam inter viuos, præciſo voto captandæ mortis. Verde alleg. pro Ecc. DD. Petro ab Aragonia Prorege huius Regni. *§. vltimis elogijs, & inter uiuos, ex l.quoties 3.C.de donat. qua ſub modo l.fin. C.famil. erciſc. l.de fideicommiſſo 11. C. de trãſact l. quotiẽs 11.C.de fideic.* vbi fideicommiſſum pacto tolli, ergo etiam iniri pacto valet. *Ant.Faber.5.Cod.tit.9.def.6.& 7.*

Directa diuiditur in Vulgarem, Pupillarem, Exemplarem, Militarem, Compendioſam, ac Reciprocam.

VVLGARIS eſt *qua vocatur ſubſtitutus inſtituto non adeunte ex voluntate Teſtatoris. l.1.D.de vulg.* Triplex, Expreſsa, Taci-
272 ta, Mixta. *Expreſſa* ſuis verbis (*ſi hæres non erit*) ſpecificis, vel communibus exprimitur. *l.cum proponas 3.C.de hæred. inſtit.* *Tacita* comprehenditur ſub Pupillari, & Exemplari expreſſa (iſtæ enim tres ita inter ſe catenatæ ſunt, vt vna aliam com-
273 prehendat. *l. iam hoc iure 4. l. ex facto,* vbi *Bart.n.23. D. de vulg.*) Comprehendẽs expreſſa, comprehẽſa Tacita eſt. Et remanet Tacita vulgaris corruente, vel nulla

Ex-

Expreſsa Pupillari, Exemplari,morte, Pu-
274 bertate, Emancipatione, ſana mente in-
ſtituti; vna enim non ab alia, nec in fieri,
nec in conſeruari, ſed à voluntate Teſta-
275 toris pendet.*l.iam hoc iure* 4.*D.de vulg.*
Mixta vnum caſum exprimit, puta, ſi *hæ-*
res voluerit eſſe;alterum comprehendit ta-
citè,puta , *ſi hæres non potuerit eſſe* : idque
quia Teſtator præſumitur in omni caſu
ſibi conſuluiſſe de hærede,ſiue tacitè, ſiue
expreſsè. *d. l. iam hoc iure*,ibi,*in vtrum-*
que caſum.l.quamuis 4.ibi,*Voluntatem.C.*
276 *de impub.*Niſi id impoſſibile ſit;vt ſi bre-
ue tempus deberet comprehendere lon-
gius. *l. commodiſſimè* 10. *D. de liber. &*
Poſth.

Subſtitutus ergo vulgaris excludit venien-
277 tes purè ab inteſtato; quia, cauſa teſtati
præfertur cauſæ inteſtati.

At hæredis ſui Tranſmiſſarius excludit ſub-
278 ſtitutum; nàm ob dominij continuatio-
nem.*l.in ſuis.* D.*de liber. & Poſth.* ſemper
verificatur ſuum eſſe hæredem,quo exclu-
ditur vulgaris ſubſtitutus.

Imò tranſmiſsarius hæredis non ſui, qualis
eſt deſcendens,etiam excludit ſubſtitutum
279 *l.cum Auus* 101. D. *de condit. & demon.*
Intrigl.de ſubſtit.cent.1.*q*.27.*n*.16.

Idemque de tranſmiſſario iuris deliberandi
ſpeciali iure introducto . *l. cum in anti-*
quiorib. 19.*C de iur.delib.*& Mater in bo-
280 nis Filij excluditur ab iſto ſubſtituto;qui
non excludit hæredem repudiantem à
prælegatis ei ex illo teſtamento debitis. *l.*

Sextiam 31. D.*de leg*.3. *l.Miles* 77. § *pro parte*.D.*de leg*.2.

PVPILLARIS eſt *directa facta à Patre Filijsf.*
281 *impuberibus inſtitutis,vel exhæredatis,ſi in pupillari ætate deceſſerint.l*.1.*&* 2. D.*de vulg.l ſi teſtamento* 7.C *de impub*.Diuiditur in *Expreſſam,Tacitam*, & *Mixtam*,vt de vulgari dictum:vt,Filiof.fieri valeat,nō debet reincidere in alterius poteſtatem. *l*.2.ibi, *Recaſuri non ſunt*.D.*de vulg*.Et de-
282 bet Pater ſibi,& Filiof. teſtamentum cōdere.*l*.2 §.*Prius*.D.*eod*. Subſtitutus eſt hæres Patris,& Filij.*l.ſed ſi* 10. § *ſi ex aſſe.D.*
283 *de vulg*. Et, ſuccedens per *Expreſſam* non per *Tacitam* etiam matrem Pupilli decedentis excludit: per *Expreſſam* excludit; quia certū à Teſtatore eſſe excluſam; cum nequeat ſuccedere,nec ſola,nec ſimul cum ſubſtituto: non ſola;ne cauſa inteſtati excludat cauſam teſtari : non ſimul cum ſubſtituto, ne Teſtator decedat partim te-
284 ſtatus,partim inteſtatus;teſtatus ex parte Subſtituti;inteſtatus ex parte matris, contra.*l.Ius noſtrum.D.de reg.iur*.Eſt enim tunc excluſa, niſi ſit inops, etiam à legitima *l.Lucius* 45.ibi,*non ad matrem ,ſed ad*
285 *ſubſtitutum.D.de vulg. l.precibus*, C.*de impub. c.ſi Pater*. §. *licet.de Teſtam. in* 6. Nam ei tantùm debetur in teſtamento facto à Filio . *Tacita* Matrem non excludit.*l.fin*. C. *de inſtit. & ſubſtit*. Quia non eſt certum Teſtatorem voluiſſe illam excludere in caſu à ſe non expreſſo,&,ſi voluiſſet, expreſſiſſet. *c. non ne. de præſumpt*.

Ad

Ad minus ergo dubia eſt Teſtatoris mens,
286 in quo dubio Mater non eſt priuãda iure certo ſucceſſionis; niſi aliundè certò cõſtet illam voluiſſe excludere; vt ſi ſit Filio, & Teſtatori inimica, inhoneſtè viuat, vel ſit ſubſtitutus Teſtatori, & Filio dilectiſſi-
287 mus eius Frater. *l. Lucius Titius la 2. §. Lucius Titius il 2. D. de leg. 2.*

Excluditur etiam ſubſtitutus Pupillaris, ſi in tali ætate inſtitutus Filios generet: nàm in omni ſubſtitutione facta à Patre, vel Matre Filijs, ſubintelligitur conditio, *ſi inſtitutus ſine Filijs moriatur*, etiam natura-
288 libus natis, vel naſcituris: ne videatur alienas proprijs ſucceſſionibus præponere. *l. ex facto 43. §. igitur D de vulg. l. cũ Auus 101. D. de condit. & demon. l. cum acutiſſimi 30.* ibi. *ſi ſine Filijs, vel Filiabus*, C. *de Fideicom.* Etiam, ſi Filij ſint naturales. *l. generaliter 6.* ibi, *& hoc in naturales Filios. C de inſt. & ſubſt.*

Extinguitur Pupillaris pubertate, emancipa-
289 tione Pupilli viuente Patre, ſi Pater fiat inteſtabilis; ſi conditio non verificetur. *l. in pupillari 14. l. ex facto 43. D. de vulg.*

EXEMPLARIS eſt *directa facta teſtari impotentibus, aliundè, quam ob defectum ætatis in poteſtate patria, ſi decedant in tali*
290 *impedimento. l. Humanitatis 9.* C. *de impub.* Triplex, vt in Superioribus *Expreſſa, Tacita, Mixta*: ad exemplum Pupillaris Expreſſa, nõ Tacita Matrem excludit. *Bar. in l. ex facto n. 35. D. de vulg.*

Impuberi Furioſo, niſi ſit emancipatus ſit

 Pu-

Digitized by Google

291 Pupillaris; quia naturalior exemplari.
Et poteſt hæc fieri etiam à Matre ob pietatis
intuitum *dic. l. Humanitatis*; ibi, *Parenti-*
292 *bus liceat*; nõ tamen à Filio Patri, vel ma-
tri furioſæ, nàm tunc recederet ab exem-
plo Pupillaris *Bald. in dic. l. Humanitatis.*
Subſtituendi inſtituto venientes àb inteſta-
293 to iuxtà gradus prærogatiuam. *dic. l. Hu-
manitatis 9.*
Deficit I. deficiente impedimento. *dic. l. Hu-
manitatis § ita tamen*, ibi, *ſi reſipuerit eſ-*
294 *ſet. II.* ſi inſtitutus liberos ſuſcipiat. *l. ex
facto § igitur etiam. D. de vulg. III.* deficiẽ-
te conditione, ſi euanuit teſtamentum, ſine
quo directa non ſubſiſtit.
COMPENDIOSA eſt, *quæ tractu temporis
alias ſubſtitutiones habiles comprehendit.
l. verbis 7. l. centurio 15. D. de vulg.* Vt in-
295 ſtituo *A.* & quandocumque deceſſerit
ſubſtituo *B.* & comprehenſæ omnes ſunt
expreſſæ verbis communibus generalibus
296 *l. ſemper 199. D. de reg. iur.* Si tamen ma-
ter eſt in medio, non excludenda in du-
bio à certo iure ſuccedendi Filijs. *l. qui
duos 10. D. de reb. dub.* Et ſic præſumenda
297 non Pupillaris; ſed Fideicommiſſaria
ſubſtitutio, vt Filio Mater quoad quartas
ſuccedat. *Gloſ. in l. Centurio D. de vulg.*
Facta verbis directis, vel communibus eua-
dit Fideicommiſſaria veniente inſtituti
pubertate. *l. Precibus. C. de impub. c. ſi Pa-
ter. de teſtam. in 6.* Nàm Tò *quandocumq;
deceſſerit* ex natura ſua habet omnes
298 comprehendere ſubſtitutiones; cui na-
turæ

turæ verba obſequi debent, vt mens Teſtatoris ſeruetur. *l.* 3. C. *de liber. prater.*

Subſtitutus, concurrentibus pluribus ſubſtitutionibus, poteſt eligere, ex qua velit ſuccedere; quod non verificatur pro eodem tempore in vulgari, & Pupillari. *l. poſt aditam. C. de impub.* Dummodò non diuidat

299 bona Teſtatoris contra. *l. ſed ſi plures* 10. §. *Filio. D. de vulg.*

RECIPROCA eſt, *quæ plures inſtituti ad inuicem ſubſtituuntur. l.* 2. C. *de impub.* Et

300 includit omnes, quæ includi valent, dũ. modò æqualiter mutuò verificabiles ſĩt. *l. iã hoc Iure* 4. *l. Lucius* 45. *D. de vulg. l. Quamuis.* C. *de impub.* Remanet tamen Reciproca Pupillaris facta duobus Pupillis, licèt

301 vnus citiùs pubeſcat inſpecto tantùm initio. *l.* 2. *C. de impub.*

Sed facta verbis directis in teſtamento non includit Fideicõmiſſariam verbis directis

302 incomprehenſam. *l.* 2. C. *de impub.* Quã tamen includeret facta in Codicillis, obliquam ex ſe comprehendentibus. *l. Sceuolæ, D. ad Trebell. l. ſi Frater tuus.* C. *de fideicom.*

In Reciproca fideicommiſſaria facta inter pares Filios ceſsat deductio legitimæ. *l. ſi Pater* 12. C *de inoff. teſt.* quia nemo grauaretur

303 retur mutua ſpe lucri; & ſic non obſtat. *l. quoniam* 32. C. *de inoff. teſtam.*

De ſubſtitutione fideicommiſſariæ.

304 E S T *quæ ſubſtitutus vocatur ad bona Teſtatoris mediante herede inſtituto, & illo nolente Iudicis, vel legis*

gis diſpoſitione; ſiuè ſit vniuerſalis, ſiue particularis. In vniuerſali, de qua hic, vocatur ad hæreditatem, vel eius quotam. *l. ſed etſi* 9. *l. ita tamen* 27. §. *Trebellianum*, ibi, *Totam, vel pro parte D. ad Trebell.*

Diuiditur Fideicõmiſsũ prętet cęteras diuiſiones puri, conditionalis, &c. In reſtitutoriũ, prohibitoriũ, pœnale; in Reale rẽ, familiã
305 reſpiciens: & perſonale intuitu perſonæ; puta pro ſolis Filijs: ſed perſonale tranſit in reale, ſi ratio, & finis ſit realis; puta, bonum perpetuum Familię: & poteſt Fideicommiſſo grauare, etiam venientes ab inteſtato. *l. & ſine* 5. C. *ad Trebell.*

Ad valorem Fideicommiſſi requiritur cauſa
307 rationabilis: ſcilicet bonum Familiæ, vel alterius perſonæ. *l. Filiusf.* 117. §. *Diui verus il* 2. *D. de leg.* 1. Poteſt in tacitam. *l. non nunquam* 51. D. *de cond. & demonſ.* Non in alterius voluntatem expreſsam Teſta-
308 tor remittere Fideicommiſsum. *l. Senatus* 45. §. *legatum. D. de leg.* 1. *l. illa inſtitutio* 32. *D. de hæred. inſtit.* Sed valet remittere eligendum ex Familia vocata in alterius volũtatem. *l. vnum* 69. § *ſi de falcidia. D. de leg.* 2. Et illo non determinato, omnes
309 æquè de Familia admittuntur. *dic. l. vnũ.* §. *Rogo*, ibi, *Petent omnes l. cum quadam* 24. *D. de leg.* 2. Et poteſt etiam Teſtator vocare Titium, ſi videbitur Petro, tanquam ad arbitrium boni Viri. *l. ſi ſic* 78. *D. de leg.* 1.

Vocatis Filijs ad Fideicommiſsum, etiam Fæminæ veniunt. *l. qui duo* 60. *D. de leg.* 3.

l. quiſ-

Digitized by Google

310 *l. quiſquis. l. iuſta* 201. D. *de verb ſignif.*
Etiam nepotes. *l. Vxorem* 39. §. *Concubina.*
D de leg. 3. Et conditio, ſi *ſine liberis de-*
ceſſerit deficientibus legitimis, & natura-
libus intelligitur de illis, quos grauatus
habere poteſt. *l. Hæredibus* 77. §. *Titius. l.*
ex facto 17. §. *ſi quis rogatus il* 1. *D. ad Tre-*
311 *bell.* Non tamen veniunt adoptiui ad
auferendas fraudes. *l. Fideicommiſſum* 75.
D. de condit & demon. Conditio autem, ſi
ſine hæredibus deceſſerit, intelligitur, ſi
ſine liberis. *dic. l. ex facto § ſi quis ita* vbi
Imol. Intelligas prout excludit hæredes
312 ab inteſtato, ſine quibus nequit decede-
re; nàm conditio debet eſſe indifferens ad
eſſe, & non eſſe. *l in conditionibus* 19. *D. de*
condit. & demon. Non vero de hærede ex
teſtamento. *l. in annalibus* 22. *C. de leg.*
Vocata Familia veniunt omnes deſcenden-
313 tes, & tranſuerſales, etiam Fæminæ. *l. vo-*
luntas 4. *C. de Fideicom.* Iuxtà gradus ſuc-
ceſſionis. *l. ſuggeſtioni* 5. *C. de verb. ſignif l.*
cum ita 33. §. *in fideicommiſſo, D. de leg.* 2.
Vocatis deſcendentibus generatione, poſteri-
314 tate venit vterque ſexus in infinitum.
Auth. in ſucceſſione. C. de ſuis, & legit. lib.
l. Liberorum 220 *D. de verb. ſignif.*

Hæres autem grauatus Fideicommiſſo in tota hæreditate, ſi eſt extraneus detrahit ſolam Trebellianicam, pro cuius rata ſubſtinet æs alienum. *l. quia* 4. *l. Hæredibus* 77. *D. ad Trebell.* in quam imputantur alienata liberè ab hærede, cætera prælegata, & fructus percepti iudicio Teſtatoris *l. Mar-*

cel-

cellus 3.§.res l.deducta 58. § ante diem. D.ibid.

Si verò Filius ſit grauatus, tunc,ſingulari fauore ad nepotes non extendendo, fructus
316 non imputantur in Trebellianicam.*l.iubemus 9.*ibi, *Non per imputationem redditurum.C.ad Trebell.* Et ſic poteſt detrahere etiam legitimam, Trebellianicã, & fructus;pluribus cauſis lucratiuis ſimul non concurrentibus,nec vt rigoroſè creditori-
317 bus Filijs ſe habentibus in fideicommiſſo non puro iure Canonico.*c ſi Pater.De teſtam. in 6.* Iure autem ciuili vnam portionem,ſiue legitimam, ſiue Trebellianicã pro ſua electione,ſiue ſit purum, ſiue conditionale.*dic.l.iubemus.*

318 Et Teſtator licèt poſſit prohibere Falcidiã. *§.ſi verò expreſſim. Auth.de Hæred. & Falc.collat.1.* Nequit tamen prohibere detractionem Trebellianicæ detrahendæ, etiam contra eius voluntatem; Idque ma-
319 ximè in primo gradu *c.Raynaldus.§.cæterum.De Teſtam.* ibi, *contra voluntatem Teſtatoris.§.hinc nobis. Eod. Auth. l.ſi vt allegas 11.C.ad l.Falc.*

Reſtituitur Fideicommiſſum ab Hærede, eoquè deficiente ipſo Iure.*l.penult.§.cum*
320 *autem.*ibi,*Ipſo iure transferantur. C. ad Trebell.*reſtituuntur habita ab Hęrede iudicio Teſtatoris; non legitima Teſtatore etiam inuito detrahenda.*Auth de triente,*
321 *& ſemiſſe.collat.3. l.quoniam in prioribus 32.C.de inoff.teſtam.* Nec inſignia,dignitates,honores,prærogatiuæ. *l.ſed, & ſi 5.D.ad Trebell.* Et

Digitized by Google

Et grauatus reſtituere, quod etiam supereſt
322 ex hæreditate debet quartam reſtituere. *Auth.contra.C.ad* Trebell.

Et hæres purè grauatus Fideicommiſſo ſibi facit fructus, donec à Fideicommiſſario
323 petantur. *l.Poſtulante* 44. § *ſed, & D.ad* Trebell. Et multò minus reſtituuntur fructus percepti ab hæreditate ſub conditione fideicommiſſi, donec conditio purifice-
324 tur. *l.deductæ* 58. §. *qui poſt l. ex aſſe* 28. ibi, *Non eſſe eos præſtandos.l mulier* 22.§. *ſi hæres D.eod.*

Alienari autem valet res fideicommiſso ſu-
325 biecta ex neceſſitate I. *Fortuita*; puta, incidendo in Latrones; non verò culpabili. *l.Diuus.§.Cauſa.D.de petit.hæred.* II. pro
326 neceſſitate *naturali*; puta, pro alimentis neceſsarijs. *Auth.contra. C ad* Trebell. III. pro neceſſitate *legali*; puta, pro dote conſtituenda deſcendenti, vel reſtituenda alijs bonis deficientibus. *Auth.de reſtit.& ea, quæ parit.§.quamobrem collat* 4. *Auth.de reſtit.§.ſi verò*.ibi, *Aut dotem dare. collat.* 8. Ita vt ab aſcendente nequeat prohiberi fideicommiſſum alienari pro dote. *l.fin.C. de dot. promiſ.* Ita vt hæc ſoluto matrimo-
328 nio, nec Fideicommiſſario reſtituenda ſit.§ *Sancimus. Auth. de reſtit. & ea, quæ par.collat.*4.

DE LEGATIS.

LEgatum à mittendo dictum. *Eſt donatio quædam à Defuncto relicta ab Hæ-*

rede præſtanda.l.Legatum eſt 37. *D de leg.*

329 2. Admittit communes diuiſiones, & *Dono* cum acceptatione Donatarij in Teſtamento exprimit donationem inter viuos. *l.Seia* 42. *D.de donat.cau.mor.*

Legatarius nequit propria authoritate ſibi præaccipere legatum ſub pœna amiſſionis 330 illius. *l.non eſt dubium* 5. *C. de lega.* Si hæres debeat aliquid ex legato detrahere, nec data ſit à Teſtatore facultas propria authoritate capiendi. *l.* 1. *§.ſi quis. D.quor.* 331 *legat.* Si verò ei legatum ſit in genere, eligit, dummodò mediocre accipiat. *l.Lucio* 23. *D. de leg.* 2. *l.ſi ſeruus* 3. *§.cum homo. D.de leg.* 1.

Tenetur Legatarius ſoluere onera rei legatæ decurrenda poſt mortem Teſtatoris. *l. idẽ* 332 *Iulianus* 41. *§.Hæres.D.de leg.* 1. Et ſi legatarius præmoriatur Teſtatori, vel conditioni, nequit diſponere de re legata. *l.* 333 *quod purè* 6. D.*quando dies leg. ced.* In dubio verò quis præmortuus ſit, præſumitur præmortuus Legatarius. *l.ſed, & in illo* 19. D.*de reb. dub.* Sed quando moritur ſi-334 mul Pater, & Filius, ſi mater eſt in medio; tunc præſumitur mortuus Pater ante Filium fauore Matris non excludendæ à 335 ſucceſſione Filij *l.qui duos* 10. §. *cum in bello*.D.*de reb .dub.*

Nequit Legatarius accipere vnam repudiata, altera parte legati, vna oratione ſibi relicti. *l.Legatarius* 38. *D. de leg.*1. *l.ſi cui* 60. *D.de leg.*2. Nàm ex indiuiduo actu volun-336 tatis totum, vel nihil debet accipere.

l.cum

qui. 18 §.*Pro parte.* D.*de his, quibus, vt indig.* Ex relictis verò multiplici oratione poteſt vnam, non alteram rem acceptare. *l planè.* 34.*in fi.* D.*de leg.* 1.

Legatum ſoluendum eſt ab Hærede; idque ſecundùm naturam non eſſentiam legati.
337 *l. Legatum eſt.* 37.*D.de leg.* 2. Et relictum ab inſtituto nominatim non ſoluitur à ſubſtituto vulgari *l.Celſus.* 29.*in fi. D. eod l.ſi plures.* 96 *D.de leg* 3 Relictum verò innominatim ſoluitur à ſubſtituto vulgari.*l licet Imperator.* 77 *D.de leg.* 1.

Subſtitutus verò Pupillariter debet ſoluere legata à Pupillo relicta, ſiue nominatim, ſiue innominatim; ſiue in bonis Teſtatoris, ſiue in bonis Pupilli; nàm cum vtriuſque
338 ſit Hæres, vtriuſque onera ſubire debet. *l.* 1 §.*interdum.l.in ratione* 15.§ *quod vulgò D.ad l.Falcid.l.ſi Titio.* 95.*D.de leg.* 1.

Res Legata

VEl eſt *Teſtatoris*, vel *Hæredis*, vel *Legatarij*, vel *Tertij*, vel *Nullius*. *Teſtatoris* bona legari poſſe teſtatiſſimum. Et legatis mobilibus domi non veniunt mobilia cauſa mercaturæ *l.Generali.* 32. §. *Vxori.D.de*
339 *vſu, vel vſufr. leg.* Nec venit pecunia proximè deſtinata pro emptione ſtabilium, quia hæc ſtabilis cenſetur. *l. Fundi* 18. §. 1.*D.de action emp.l.* 1.§ *cœpiſſe.D.de pollicit.* Nec veniunt libri Bibliothecæ, a ma
340 Armariæ; nam inter ſtabilia affixa ſtatui annumerantur.*l.ſuppellectile.* 3. *D.de ſuppellect.leg.*

Si verò Teſtator rem legatam alienet neceſ-

ſariò remanet legatum; non verò ſi alienatio ſit voluntaria. *l. Fideicommiſſa.* 11. § *ſi rem ſuam. D. de leg.* 3. *l. rem legatam.* 18.
341 *D. de adim. leg.* Si verò Teſtator rem legatam confundat cum re non legata; ita, vt transferatur in aliam ſpeciem, cenſetur reuocatum legatum. *l. Cætera.* 43. § *fin. l. ſeruum.* 46. §. *ſi pocula. D. de leg.* 1. Nàm, cēſetur mutata voluntas, niſi conſtet cum rei mutatione Teſtatorem non mutaſſe voluntatem. *l. Seia* 6. *D. de auro, & argent. leg.*

Deſtructa re legata principali, non verò acceſſoria, corruit legatum, vt quandò res legata non extat. *l ſi domus* 74. *l. quod* 24. §.
342 *ſi quis. D. de leg.* 1. Vndè ſi Teſtator liberationem legatam exigat à debitore, cenſetur extinctum legatum; quia ſolutione debitum extinguitur. *l. non ſolū* 8. §. *liberatio. D. de liberat leg.*

Libertas impropriè dicitur, dari, legari; cum propriè conſiſtat in actu interno indiffe-
343 rentiæ voluntatis, qui à Teſtatore in alterum transferri nequit *l. verbis legis* 120. *D de verb ſignif. l.* 1. *l. in fideicommiſſarijs.* 5. *D. de Fideicom. libert.*

Res hæredis legari valet. *l. cū Filius.* 78. §. *Dominus. D. de leg.* 2. Non tamen poteſt ma-
344 gis grauari, quàm hæreditate releuetur. *l. Imperator.* 71. §. *cum quidàm. l. cum Pater.* 79. §. *Titio. D. de leg.* 2.

Res legatarij eidem legari nequit; niſi cum aliqua vtilitate. *l proprias.* 13. *C. de leg.* Et ſic cenſetur legatum Ius, quod habet Te-
ſtator

345 ſtator in illa re,vel citatior ſolutio, vt in dote à Marito legata Vxori. *l. Africanus.* 40.§.*ſi Titius .D de leg.1.l.vn* §.*cum autẽ. C.de rei Vxor.act.*

Si Legatarius conſequatur rem legatam alio titũlo oneroſo,petit extimationem rei legatæ.

346 Non verò, ſi illam conſequatur titulo lucratiuo vi eiuſdem diſpoſitionis. *l.planè* 34.§.*quod ſi l.ſi à ſubſtituto*.47.*D.de leg.*1. §.*ſi res aliena.inſtit.de leg.*

Et ſi Teſtator debitor leget Creditori aliquid, cenſetur compenſare cum credito; ſi creditum eſt neceſsarium.*l.cum Pater* 79.

347 §.*qui dotale. D. de leg.*2. *l.ſi cum dotem.* 23.§.*ſi Pater.D.ſolut.matrim. Auth. Præterea C.vnde vir,& vxor.*Si verò debitum ſit liberum;ſcilicet deſcendens ex libera contrahentis voluntate non computatur. *l.Creditorem* 87.*D.de leg.*2. *l. creditor* 16. *C.de leg.*Et ſic,vita,& militia,veſtes lugu-

348 bres; cum ſint debitum neceſſarium,cõpenſantur cum legato. *Franc. dec.*413. & hæres Neap. compenſat inſtitutionem cũ medietate bonorum antiquorum iure conſuetudinis ſibi debita.Idem *Verde Panton. lib.*2.*à n.*2248.dans plures.

Res Tertij legari poteſt *l.non dubium.* 14.*D. de leg.*3.Et tenet legatum talis rei *ſcienter* factum,etiam ad fauorem extranei; & hęres cogitur iuſto pretio illam redimere, &

349 dare Legatario; & ſi nequeat iuſto pretio redimere dat valorem.*d.l.non dubium.* ſi verò Teſtator *ignoret* rem eſse alienam,

tunc legatum non tenet; niſi Legatarius
ſit talis, cui etiam ſi ſciuiſſet, Teſtator reli-
350 quiſſet, vt pro anima, conſanguineo, in-
timo amico. *l. cum rem alienam* 10. *C. de*
lega.

Res nullius inalienabilis, vt res ſacra, legata,
nec quoad extimationem debetur. *l. idem*
Iulianus. 41. §. *conſtet. D. de leg.* 1. Poteſt ta-
351 men rei inalienabilis, vt Feudi, valor le-
gari; nam valor eſt alia pecunia Teſtato-
ris, quæ liberè legari poteſt.

Decrementum, & Augmentum

REI legatæ à Teſtatore promanans le-
gatario obeſt, & prodeſt, ſi vt pars rei
352 legatæ augmentum fiat. *l. ſi ſeruus*. 8. §. *ſi*
quis. D. de leg. 1. *l. ſi ſtatuam*. 15. *D. de auro,*
& argento leg. Non verò, ſi quod additur
354 aliud totum confingat. *l. medico*. 42. *D.*
eod.

Coniunctio in legatis

PLurium vnio; poteſt eſse *Realis, Verbalis*,
& *Mixta*. Verbalis, vnica oratione. Rea-
lis, vnica re. Mixta vnica re, & oratione
355 exprimitur. *l. re coniuncti*. 87. *D. de leg.* 3.
l. Triplici. 142. *D. de verb. ſign.* Mixta præ-
ualet cæteris. *d. l. re coniuncti*; Verbalis
Reali præfertur. *d. l. re coniuncti*; vbi dici-
tur Quæſtionis eſse an verbalis præfera-
tur; ſed non reſpectu coniunctionis mixtę,
356 quam conſtat cæteris potiorem; ergo re-
ſpectu coniunctionis Realis; patet etiam
ex *l. vn. §. his ita*, ibi, *Praoccupant. C. de ca-*
duc. toll. Vbi, verbis coniuncti *praoccupāt*;
ſed non reſpectū mixtim coniuncti; ergo

re-

reſpectu re coniuncti; & quidèm Iure optimo; nàm verbis coniunctus cum onere Iure accreſcendi ſumit partem coniuncti; Re verò coniunctus *Iure non decreſcendi* ſine onere admittitur. *l. un. C. de cad. toll.* & ſic magis ſeruatur uoluntas Teſtatoris in verbis coniuncto ſuſtinente onera, quā in re coniuncto reijciente onera à Teſtatore adiecta.

Ex quo ſatisfit argumento; coniunctum re
357 qui agit de damno uitando ob *Ius non decreſcendi* debere præferri cōiuncto uerbis agenti de lucro per *Ius accreſcendi. l. qui autem* 6. §. *Prætereà. l. fin.* § *ſi à ſocero. D. quæ in fraud. cred.* Enim uerò agens de damno præfertur agenti de lucro; quando *cætera* ſunt *paria*; non verò, quando *cætera* ſunt *diſparia*, vt in re noſtra, in qua verbis, non re coniunctus ſeruat uoluntatem
358 tem Teſtatoris; ſecus debitor præferretur creditori, Hæres Legatario; quia Legatarius de lucro captando; Hæres de damno vitando, creditor de acquirendo, debitor de non amittendo agit.

Portio autem deficientis, licèt accreſcat hæredi acceptanti inuito, ne decedat Teſtator partim inteſtatus. *l. Ius noſtrum.* 7. *D. de reg. iur.* Non tamen accreſcit Legatario
359 inuito. *l. un.* §. *his ità C. de cad. toll.*

Ius accreſcendi non tranſit in ſingularem
360 ſucceſſorem; quia debetur titulo hæreditario poſſidenti. *d. l. un.*

Legatum Conditionale

EST, ſiue ſub conditione poſſibili, ſiue ad diem incertum relinquatur. *l ſi poſt 5. D. quan. dies leg. ced. l ſi in diem. 46. D. de condit. & demonſt.* Et non retrotrahitur ad
361 tempus mortis purificata conditione, nec transmittitur conditione non purificata: & ſic mortuo Legatario ante conditionem conſolidatur cum hæreditate. *l. ſi ita ſcriptum 46. §. ſi ſub. D. de leg. 2.* Conditionale eſt legatum dotis: quia continet diem incertum nuptiarum; Et totum eſt conditionale ſi relinquatur ab extraneo. *l. Titio centum. 70. §. Titio Genero. D. de condit. & demon.* Nec purificatur tempore ha-
362 bili, ſed ipſo nuptiarum contractu. *l Sancimus 25. C. de nupt.* Si uerò relinquatur à Patre eſt tantùm conditionale pro exceſſu legitimæ; nàm pro legitima non recipiente onus purum eſt. *l. quoniam nouella 29. l. quoniam in prioribus 32. C. de inoff. teſt.*

Si mentio nuptiarum fiat in executione dotis, adhuc eſt conditionale: quia dies incerta in executione legatum reddit con-
363 ditionale *l. quibus diebus 40. § quidam Titio. l. hac conditio 10. D de condit. & demon. l ſi dies 21. D. quando dies leg. ced.*

Legatum relictum donec nubat tenet proſpiciens indigentiam Viduæ, vel Virginis:
364 Eſtque Conditionale, amittendum, ſi nubat. *l Filia mea 22. l. Legatum ità 17. D. de ann. leg. l. Titio 95. §. ſerui. D. de condit. & demonſ.*

Legatum verò, ſi non nupſerit factum Viduę te-

tenet. §. *quæ verò. Auth. de nupt.* Factum
365 nunquam aliàs nuptæ,non tenet ſub illa conditione,ſed fit purum reiecta,tanquam turpi conditione inducente perpetuam viduitatem.*l.quoties* 22. *l. cum tale* 71.§. *mæuia.D.de condit.& demon.*

Legata, *ſi nubat mille, ſi monachabitur centum*;debentur ambo ſi *monachabitur*;quia
366 paret conditioni; & quia conditio,ſi nubat habetur pro non adiecta §.*ſed hoc præſenti.* ibi, *Tales conditiones inualidas, & pro non ſcriptis eſſe. Auth. de ſanct. Epiſc.*

Dominium rei certę purè legatæ Teſtatoris recta via tranſit à Teſtatore in Legatarium reuocabiliter;ſcilicet niſi repudia-
367 uerit *l.à Titio* 66.*D.de furt.* Licèt quoad effectum petatur adita hæreditate.*l.Hæredis* 7.*l.cum legato* 17. *D. quando dies leg. ced.l.ſi tibi* 88.§ *cum ſeruus.D.de leg.*1.

Actiones pro Legato.

PRæter viam executiuam, qua legatum petitur.*l.cum Filius* 78.§.*varijs.D.de leg.*2.§.*illud.*vbi, *Gloſ.Auth de Hæred.&*
368 *Falcid.Capyc. lib.*1.*dec.*12. *n.*12. Datur Actio perſonalis orta ex quaſi contractu. §.*Hæres inſt.de oblig. ex quaſ.contr.* II. datur Actio hypothecaria in bonis Teſtatoris obligatis pro ſoluendo legato. *l.* 1. *C.*
369 *commun. de leg.* Quæ incipit in legato puro à morte Teſtatoris,in conditionali à die purificatæ conditionis, nec retrotra-
370 hitur ad tempus mortis teſtatoris. *l. nec ſemel.* 12.*D.quan.di.leg.ced.*& ſic ſi pendēte conditione res legata alienetur in ter-

tium

tium poſſeſſorem, legatarius nequit poſſeſſorem moleſtare; non *actione perſonali*, quæ ſequitur hæredem. *l. quædam.* §. *nihil intereſt. D. de eden. l. eum qui 5. D. de contrah. emp. l. 1.* §. *ſi hæres. D. ad* Treb. Nec *Reali hypothecaria*, quæ nō adeſt; nā ante alienationem nequit incipere, cum inueniatur res aliena, ſcilicet tertij poſſeſſoris. *l. ſed quod 9. l. 13.* §. *1. l. 16. D. de pignor.* III. Rei vindicatio, quæ datur Legatario rei certæ Teſtatoris puræ legatæ. *l. in rem 24. D. de rei vind.* IV. Datur interdictum Saluianum, & quorum Legatorum. *l. 1. D. quorum legat. Durand. dec. 185. n. 2.*

Iſtis deficientibus, imploratur officium Iudicis pro ſolutione legati. *l. Hæreditas 53. D.*
371 *de petit. hæred. Bart. in l. Ciuitatibus n. 1. D. de leg. 1.*

Hæres negans legatum priuatur hæreditate.
372 *l. fin. C. de fideicomm.* Licèt Filius ſibi retineat legitimam. *Auth. hoc amplius. C. eod.*

Reuocatur legatum

I. EXpreſſè, purè, vel ſub conditione, ab ipſomet Teſtatore. *l. ſi legatum*
373 *10 D. de adim leg.* Et in generali reuocatione legatorum non veniunt legata pia. *Affl. dec 3. n. 11.*

II. *Tacitè*, ſi ſuperueniat inimicitia grauis. *l. ex parte 22. D. de adim. leg.* ſi liberè Te-
374 ſtator alienet rem legatam. *l. rem legatam 18. D. eod.* Si liberationem legatam exigat *l. Filio 31.* § *fin. D. eod.* Si Legatarius dolo abſcondat teſtamentum Teſta-

to-

toris. *l ſi Legatarius* 25. *C. de leg.* Si nolit
375 exercere Tutelã Pupilli Teſtatoris *d. l. ſi Legatarius. l. neceſſarius* 35. *D. de excuſat. Tutor.*

Codicilli

VOluntatis noſtræ ſententia de eo, quod quis poſt mortem ſuam fieri vult hæ-
376 rede directè nõ inſtituto. *l. Hæreditatem* 2. *l. ſi idem.* 7. *C. de Codicill.* Requirunt quinque Teſtes etiam nõ rogatos. *l. fin. §. fin. C. eod.* Poſſunt fieri in ſcriptis, & nũcu-
377 patiuè. *d. l. fin. § fin.* In teſtamento, & ab inteſtato; ab *Inteſtato*; vt, *Quiſquis mihi hæres erit reſtituat hæreditatem Caio*; ex Teſtamento, ſiue ante, ſiue in, ſiue poſt Teſtamentum *l. Conficiuntur.* 8. §. *ſi poſt. D. de iur. Codicill. l. non idcircò.* 4. *C. de co-*
378 *dicil. Galeota conſult.* 410. Si fiant in Teſtamento, Hæres poteſt eligere, an velit agere Iure Codicillorum, an Iure Teſtamenti, & una uia electa, altera tollitur. *l. fin. in princ. C de codicill.*

Clauſula verò codicillaris omiſſa non cenſe-
379 tur appoſita. *d. l fin. §. illud quoque.*

DE SVCCESSIONIBVS AB INTESTATO.

SVcceſſio *ab Inteſtato eſt Ius ſuccedendi in uniuerſum Patrimonium Defuncti præter eius voluntatem*, ſiue Teſtamentum
380 non condat, ſiue nulliter condat, ſiue validum rumpatur natiuitate Poſthumi, ſiue irritetur inſtituto nolente adire.

Le-

Digitized by Google

I. *Legitimi*, *deſcendentes* vtriuſque ſexus,
ſiue exiſtentes, ſiue Poſthumi, ſiue
ſui, ſiue emancipati, ſiue legitimi, & natu-
rales, ſiue legitimati per ſubſequens ma-
trimonium ſuccedunt excluſis omnibus
381 alijs; *ad Galat. 4 Gen. 15. c Raynaldus 18.
de teſtamen. l. inteſtati. 1. D. de ſuis, & legit.
§. ſi quis. Auth. de hæred ab inteſt. c. Tan-
ta. 6. qui filij ſint legit.* Sed, in capita ſucce-
dunt in proprium locum immediatè, vt fi-
382 lius Patri; In ſtirpes, in alterius locum, vt
nepos auo: *l. Nepotes 2. C. de ſuis, & legit.* ſi-
ue ſuccedatur in ſtirpes tranſmiſſiuè, vt in
hærede ſuo trāſmittente etiam non aditā
hæreditatem *§. ſui autem. de hæred. quæ ab
inteſt.* ſiue priuatiuè; puta in locum defi-
cientis Patris Banniti. *d. l. nepotes 2.*
II. Deficiente linea legitima deſcendentium
admittitur *linea Aſcendentium* cum Fra-
383 tribus vtrinque Defuncto coniunctis in
capita ad bona Defuncti *Auth. defuncto.
C. ad Tertull.* Ità ut mater excludat in bo-
nis Filij Auum Paternum. *Nouella 109. de
hæred quæ ab inteſt.*
III. Ceſſantibus prædictis lineis ingreditur
Tranſuerſalis; ita ut Fratres utrinque cō-
iuncti defuncto, excludant fratres ex vno
384 latere coniunctos. *d. Auth. defuncto.* Ne-
potes autem ex Fratre vtrinque coniun-
cto ſuccedunt in ſtirpes. ſiue ſuccedant cū
Patruo *§. ſi autem Defuncto. Auth. de hæ-
red. ab inteſ.* Siue ſuccedant Nepotes cum
385 Nepotibus. *§. ſi vero neq; Fratres Auth.
eod.* vbi poſt Filios Fratrum ſucceditur in
ca-

capita. *d.§. ſi autem Defuncto.* vbi dicitur ſuccedere, ſed non dicitur *tantùm* ſuccedere in ſtirpes, quando ſuccedunt cum Patruo; ergo etiam ſuccedunt in ſtirpes quãdo ſuccedunt cum Nepotibus; ſecus confunderetur propoſitio ſimplex, & modalis, & eſset idem dicere *Homo currit, & Homo tantùm currit.* Inſuper per hoc tollitur inuidia inter ſucceſſores, ratione cuius etiã leges correctoriæ, ne ſint iniquæ, extendẽdæ ſunt quòuſque iniquitas tollatur.

IV. Poſt iſtos admittuntur Agnati, & Cognati iuxtà gradus prærogatiuam, uſquè ad decimum gradum; & attenditur proximitas eo tempore, quo acquiritur Ius ſuc-
386 cedẽdi ab inteſtato, & ſic non facto Teſtamento, á morte, facto Teſtamento, à tẽpore inſtituti Teſtamenti: Nàm ex tunc
387 venientes ab inteſtato poſsunt Ius petere §. *proximus Inſtit. de legit. Agnat. ſucceſſ.*

V. Iſtis deficientibus Vxor, vel Vir mortuo ſuccedit, niſi ſit Pauper; nam tunc ſuccedit ſimul cum Filio, niſi ei fuerint relicta alimenta. *Auth. præterea. C. unde vir, & vxor.* Et iſtis etiam ceſſantibus Fiſcus actiuè, & paſſiuè. *l. 1. C. de bon. vacant. lib. 10.*

DE

DE OBLIGATIONIBVS.

EX geſtis in vltimis, ad inter viuos actus ſe inflectat oratio.

OBLIGATIO *Iuris vinculum, quo neceſſitate adſtringimur ad aliquid*; ſi naturalis à Iure naturæ; ut inter Patrem, &
389 Filiumf. cui actio non exceptio denegatur. *l. Iuris gentiũ. 7. § ſed cum nulla D de pact.* Eiquè poteſt pignus, & Fideiuſsor accedere. *l. Fideiuſſor.* 17. §. *Fideiuſſor. D. de Fideiuſſor. l. Quæſitum.* 24 *D. de pignor.* ſi ciuilis à Iure Ciuili; ſi mixta ab vtroque Iure deſcendens.

Sub hac obligatione militat contractus, qui *eſt* Duorum *conſenſus in idem obligans ex Iuſtitia commutatiua*, ſiue ſit reciprocus
390 onerofus, qui eſt vltro citròque obligatio. *l. Labeo.* 19. *D. de verb. ſignif.* Siue ſimplex lucratiuus ex una parte obligans. *l. contractus.* 17 *C. de fide inſtrum.* ſiuè nominatus *Re, Verbis*, Literis, *Conſenſu.* ſiue innominatus *Facio, vt Facias Facio, vt des. Do, vt facias.* Do, *vt des*. Siue nudus ſola,
391 ſcilicet conditione pacti ſine veſte ſtipulationis, Traditionis, Caloris Iudicij, Scripturæ, Iuramenti, &c *d. l. Iuris gentium.* 7. ſiue ſtricti Iuris, ſiue Bonæ fidei. *l. Placuit.* 8. C. *de Iudic.* Siue quaſi contractus, qui naſcitur ex cauſa ſine pacto, vt Tutela, negotiorũ geſtio §. *Tutores inſtit. de oblig. quæ ex quà contr.*

Habet obligatio ſuas genericas diuiſiones. I. In

392 In *Puram* ſtatim obligantem cum aliquo æquitatis commodo temperamento; inter homines enim obligatio humana debet eſſe *l. quod dicimus* 105. *D de ſolut.*

II. Ad *diem certum*, & ſtatim naſcitur obliga-
393 tio die attento pro ſolutione. *l. centeſimis* 46. *D. de verb. oblig.*

III. Ad *diem incertam*, vt *quando morietur*, &
394 conditionem facit. *l ſi cum hæres* 4. *l. huiuſmodi* 13. *in fin. D. quando dies leg. ced.* vbi rectè promiſſum, ſiue venerit, ſiue non
395 venerit in tali die eſt conditionale; licèt abſolutè ob omnimodam certitudinem eſſet purum. *l. neceſſario* 8. *D. de pericul. & comm. rei vend.*

IV. In *conditionalem*, quæ eſt duplex; vna *Re-*
396 *ſolutiua* nõ ſuſpendens, ſed tollens obligationem iam exiſtentem, antequàm verificatur; vt, eſt modus. *l.* 1. *D. de donat.* altera *ſuſpenſiua* obligationis, ſi ſit *Contingens*, *Caſualis*, *Poteſtatiua*, aut *Mixta* voluntate hominis intercedens. *l. cedere diem* 213. *D. de verb. ſignif.* dũmodo non ſit de præſenti, de præterito. *l. cum ad præſens* 37. *D.*
397 *ſi cert. pet.* vel de futuro neceſſario, quæ non ſuſpendit. *l ſi pupillus.* 9. § *qui ſub D. de nouation.* vel impoſſibilis de Iure, vel de Facto, quæ obligationem deſtruit. *l. generaliter* 26. *D de condit. & demon.*

Conditio, niſi ſit poteſtatiua, verificata retro-
398 trahitur ad tempus initi contractus. *l. potior* 12. *D. qui potior. in pign.* licèt in legatis non retrotrahatur. *l. ſi Sthicum.* 16. *D. de verb. oblig.* Poteſtatiua *Affirmatiua*; vt, ſi

E *Romam*

Romam petas, implenda ſtatim, ac commo-
399 dè poteſt. *l. hac conditio* 29. *D de condit. & demon.* Negatiua; vt, ſi *Romam non ieris*, non cenſetur impleta, niſi poſt mortem; ſed inter viuos res promiſſa traditur eius hæredi. *l. publius* 36. §. *Titio. l. ſub diuerſis* 50. *D. de condit. & demon.* At in vltimis vo-
400 lũtatibus debetur res ſtatim, pręſtita cautione mutiana de parendo, & de reſtituendo, ſi conditioni nõ paruerit. *l. mutiana* 7. *l. Is cui* 18. *D. eod.*

V. In *contractum iuratum*, qui, ſi ſit nullus, vi iuramenti tãtùm obligantis ex Religione,
401 non obligat ex Iuſtitia, niſi lex, quæ abſtulit, intuitu iuramenti, reſtituat obligationem ex Iuſtitia; Et, in multis non reſtituit, vt in matrimonio Clandeſtino, in Profeſſione ante 16. annum, quæ ſunt nul-
402 la etiam iuramẽto adiecto; In illis autem, in quibus reſtituit certis Iuribus agendũ, *Auth. Sacramenta puberum. C. ſi aduer. vendit. c. ex reſcripto* 9. *de iur. iur.*

Corruit obligatio I. *defectu cauſa effectiua*; puta ſi nequeat ſe obligare naturaliter defectu conſenſus, vt Amens, furioſus. *l.* 1. *D de action. & oblig.* Ratione cuius nullus contractus initus errore, vel dolo tollente
403 conſenſum quoad ſubſtantiam, vel circumſtantias, quę ſint obiectum voluntatis. *l. In conditionibus* 9. *l. alioquin* 11. *D. de contrah. empt.* vel, Iure poſitiuo, vt Pupillus ſine Tutoris authoritate. *l. ſi curatorem* 3. *C. de in integr. reſtit.* Filiuſq; de Profectitio, Aduentitio ſine licentia Patris. *l. denique.*

§. *ſed*

§.ſed. vtrum.D.de minor.l.fin. §.Filijs autẽ.
404 *C.de bonis, quæ liber.* vxor ſine licentia viri. *Auth.ſi qua mulier.C.ad vellei.* Religioſus profeſſus.*c.cum ad Monaſterium 6. de ſtatu monach.*

II. Corruit defectu *materiæ* I. ſi ſit impoſſibilis. *l.ſi ſtipuler.35.D.de verb.oblig.* II. Rei
405 ſuæ, quæ plus ſua eſſe nequit.*l.nemo 82. D. eod.* III. Rei incertæ incertificabilis. *l. ſtipulationem 74. l.vbi autem.75. D.eod.* IV. Rei, quæ nequit eſſe alicuius; vt, res ſacra. *l.nemo martyres 3. C.de ſacroſ.Eccl.*

III. Defectu *Iuſtitiæ*; cum enim obligatio eſſentialiter debeat eſſe iuſta, corruit deficiente iuſtitia.

Hinc *contractus initus metu* etiã reuerẽtia-
406 li iniuſto cadente in conſtantem virum, vel importunitate precum, eſt omni Iure nullus. *l.qui in carcerem 22.l ſi mulier 21. §.ſi dos.D.de eo, quod met.cau.* nam eſt contra Iuſtitiam, & cõtra bonos mores; & quia nullo iure ſubſiſtere valet, nec naturæ, nec poſitiuo, cum reprobetur, cum puniatur in
407 quadruplum. *l.metum.9.§.fin.D.eod.* ita vt res tali metu extortæ etiam ante ſententiam reſtituendæ ſint, & reiuindicatione
408 aduerſus quemlibet poſſeſſorem in foro peti poſſunt. *d.l.metum 9.§.licet.*ergo poſſidens ex metu incuſſo nullum Ius acquirit; ergo contractus eſt nullus; nam ſi ſubſiſteret contractus naſceretur obligatio, & Ius ad petendum, ac retinendum ſaltem ante ſententiam. Nec obſiciunt iura dicentia valere. *§.comparata.inſtit.de exception.*

Digitized by Google

409 nam intelliguntur decernere validum contractũ metu initum præſumptiuè; nam non præſumitur iniuſtus metus quòuſque 410 probetur metus iniuſtus; cum quo ſtat, quod conſtito de metu, etiam ceſſat præſumptiua firmitas contractus *l.* 1. ibi, *Ratũ non habebitur. C. de reſcind. vendit. l. venditiones* 12. ibi; *Præcipimus infirmari. C. de ijs, quæ vi.*

Dolus, Culpa in contractu.

Dolus, machinatio ad decipiendum, fallendumque alterum adhibita, cum 411 aliud agitur, aliud ſimulatur. *l.* 1. §. 1. *D. de dolo malo. l. Iuriſgentium.* 7. §. *dolo. D. de pact.* alius *bonus.* 2. *ad Chorin.* 12. ibi, *dolo vos decepi.* vt eſt ille expreſſus à *Lucret. lib.* 4.

. . . . . Pueris abſinthia tetra medentes
Cum dare conantur, prius oras pocula circum
Cõtingunt mellis dulci, flauoq; liquore,
Vt Puerorũ ætas improuida ludificetur
Labrorũ tenus; interea perpotet amarũ,
Abſinti laticem, deceptaq; nõ capiatur,
Sed potius tali facto recreata valeſcat.

Et noſter Poeta idem dixit *cant.* 1. *oct.* 3.

Così all'egro Fanciul porgiamo aſperſi
Di ſoaue liquor gli orli del vaſo.
Succhi amari ingannato in tãto ei beue,
E dal inganno ſuo vita riceue.

Alius *malus* iniuſtè decipiens *Pſalm.* 10. 412 ibi, *Doloſum abominabitur. l. ſi falſus* 8. *C. ad l. Corn. de fal.* Alius *verus*, quando conſtat data opera velle decipere. Alius *præ-*

præſumptus ex indicijs erutus; ſic culpa lata dolus præſumitur. *l. dolum 6. C. de dolo*. Alius in committendo, vt ſi quis faciat malum. Alius in omittendo, vt nõ faciens quod facere debet.

413 Dolus autem in dubio nõ præſumitur. *l. quoties 18. §. qui dolo. D. de probat. l. quod adhibitus 5.* ibi, *Magis errore, quam malitia. C. de ijs, qui ſibi adſcr.*

414 Dolus, qui tollit conſenſum tollit contractũ, vt eſt error, ſiue det cauſam contractui, ſiue incidat in contractu, vt ſi pro auro detur auricalcum. *l. in omnibus 56. D. de action. & oblig. l. nec emptio 8. l ſi in emptione 34. D. de contrah. empt.*

415 *Culpa*, deuiatio ab eo, quod quis tenetur facere. Alia *Theologica* imbibens peccatum. Alia *Legalis* potens eſſe ſine peccato ob actualem inaduertentiam inuincibilem; ſi verò ſit vincibilis, flagitium etiam includit. *l. ſi vt certo 5. §. 2 D. commod.*

416 Diuiditur in leuiſſimam, leuem, latam, & latiſſimam; prout diligentiam excludit diligentiſſimi eſt *leuiſſima*; *leuis* eſt excludens diligentiam diligentioris; *lata* excludit diligentiam, quam cõmuniter omnes adhibent; *latiſſima* nec facit diligentiam, quam negligentes adhibent. *l. cedere diem 213. §. fin. l. lata 223. l. magna 226.*

417 *D. de verb ſignif.* Et in dubio non præſumitur. *l. 2. D. ſi quis caution.* Et in contractibus lata culpa æquiparatur dolo. *l. quod nerua 32. D. depoſ.* non verò in delictis. *l. in lege Cornelia 7. D. ad l. Corn. de ſic.*

Res ex *contractu perit* illi, qui eſt in dolo, niſi alius ſe obliget ad dolum. *l. contractus*. 24. *D. de reg. iur.* Ex *culpa* verò diſtinguen-
418 dum; vel contractus eſt ad commodum dantis; vel accipientis; vel vtriuſque. *d. l. contractus*. Si dantis; perit accipienti, ex culpa lata; ſi ad commodum accipientis; ei perit ex culpa leuiſſima; ſi ad commodum vtriuſq; perit accipienti ex culpa leui excepto precario. *d. l. contractus. l. ſi vt certo* 5. §. *nunc videndum. D. commod.*

Si pereat caſu fortuito euenięte ſine alterius culpa, vel mora perit Domino. *l. quæ fortuitis* 6 *C. de pignor. act. l. incendium* 11. *C. ſi cert. pet.* niſi alius ſe obliget ad caſum fortuitum. *l.* 1. § *ſi conuenit. D. depoſ. l. cum quid* 3. *D. de reb. cred.* Licèt nec tunc ſit
420 obligatus ad caſum rariſſimum; quia ſpecialiſſima huiuſmodi generali locutione non comprehenduntur. *l. obligatione* 6. *l. denique* 8. *D. de pignor.*

Contractus nominati

Diuiduntur in *Re, Verbis, Literis*, & *Conſenſu*. Re, ſcilicet traditione ineuntur,
421 vt I. *Mutuum*. II. *Solutio indebiti*. III. *Commodatum*. VI. *Precarium*. V. *Pignus*. VI. *Depoſitum*.

Mutuum

Contractus traditionis rei cum tranſlatione dominij animo, vt tantundem gratis non illicò reddatur. Vndè mutuum reconciliatum impropriè; ſcilicet tantùm quoad actionem certi condictionis, dreitur mutuũ. *l. rogaſti* 11. §. *ſi fugitiuus*, vbi *Gloſ.*

l. ſi.

Digitized by Google

422 *l.ſi & me 32. D.de reb.cred.* Exigit, non idem, ſed tātundem ad differentiam commodati. Et tantundem, debet eſſe in pecunia ſecundùm valorem, qui tantùm ex ra-
423 tione pecuniæ intenditur. *l.* 1. §. 1. *D.de contrah.empt.Ariſt.*5. *Ethic.c.*5. In alijs rebus ſecundùm maſſam, eiuſdem qualitatis, & quantitatis, ac fuit recepta; nam in iſtis maſſa, non valor inſpicitur. *l.*2.*l.cum qui* 3.*D ſi cert.pet.*

Valor in pecunia conſideratur pro tempore contractus: *l.cum quis* 21. *D.de action.&*
424 *oblig* nam ille cognitus, volitus. *c. cum Canonicis.de cenſib.* Et, cùm Mutuatarius ſit Dominus, ei valor creſcit, decreſcit, mutatur, deſinit. *l.contractus* 24. *D.de regul. iur. l. ſi vt certo.* §. *nunc videndum* 8. *D. commod.*

In alijs rebus reſtituitur res, & illa deficiente valor pro tempore ſolutionis; nam res de-
425 bet reſtitui, & illa deficiente tātum pretij, quo ab ipſo Mutuatario, vel Mutuante emi valeat. *l.vinum* 22. *D.de reb.cred.*

Mutuum autem nequit temporaneis Magiſtratibus dari. *l.eos qui.*3.*C.ſi cert.pet.* perpetuis verò fieri poteſt. *l.Præſidis* 34. *D. de reb.cred.*

Filijsf. vtriuſque ſexus etiam arrogatis mutuum dari nequit. *l.* 1.*l.* 11.*D.ad Macedon.*
427 Niſi in certis caſibus, in quibus ipſe Pater teneretur, & conuenirii poſſet, vt pro alimentis, ſtudio, legatione, &c. *l.ſi Filius* 7. § *fin. l.ſi* 12. *C.ad Maced.l.Macedoniani* 5. *D. eod.* Et eſt tutus exceptione peremptoria,

Digitized by Google

ria deindè, etiam ſoluta Patria poteſtate.
420 *l.1.D.eod*. Quam poteſt opponere etiam poſt ſententiam. *l.tamen ſi* 13.*D.eod*. Qua vtuntur etiam Succeſſores,& Fideiuſſores, *l.1.in fin. l.ſed Iulianus* 9. §.*non ſolum*.*D. ad Maced*. Et, cum ſit pœna, ei Filiusf. renunciare nequit: Poteſtque tuta conſcientia mutuum non reſtituere. *Gomez.2.var. c.6.*

Mutuum datum communitati, Ciuitati, locis pijs non reſtituitur,niſi à mutuante probe-
429 tur verſum in illorum euidentem vtilitatem. *Auth.Hoc ius.C.de ſacroſ.Eccl.*

Solutio indebiti

EST contractus *Re*, ſi in ſolutione adſit pactum, vt reſtituatur ſi apparebit indebitum; ſine quo pacto, eſt etiam indebi-
430 tum reſtituendum ex quaſi contractu, & vtrobique repeti valet condictione indebiti.*l.1.2.3.C.de condic.indeb.*

Non transfertur dominium rei indebitæ ſolutæ; Nam deeſt titulus, & voluntas transferendi ob errorem. *l. cuius per errorem* 54.D *de reg.iur*. Et ſic, res extans indebitè
431 ſoluta rei vindicatione repetitur vnà cũ fructibus.*l.Indebiti* 15.*l.in ſumma* 65.§.*ei, qui indebitum*.D.*de condic indeb.*

Commodatum

COntractus traditionis rei ſine trãslatione dominij gratis animo, vt idem red-
432 datur tempore taxato .*l.1.5.D.commod.* Per Tò *Gratis* à locatione per Tò *tempore taxato* à precario differt. *l.ſi vt certo* 5.*D. eod.*

Pre-

Precarium

EST contractus traditionis rei ſine translatione dominij gratis animo, vt idem
433 reddatur tempore non taxato. *l.* 1. *D. de precar.* differt à Precaria, de qua in *c.* 1. *de precarijs.*

Depoſitum

COtractus traditionis re i ſine translatione dominij in manus tertij ad cuſtod.ã
434 gratis pro ſecuritate creditoris. *l.* 1. *l. Propriè* 6. *l. Lucius* 24. *D. depoſ.* Per Tò *in manus tertij* differt à pignore, quod eſt in manus creditoris, per Tò *gratis* differt à locatione. *l.* 1. §. *ſi veſtimenta* D. *depoſ.*
435 Et ſic in manus debitoris non fit depoſitum, eſtque mutuum palliatum deponere frumentum in manus debitoris, quod debitor petijt vt cõſumat, & debitorem obligare, vt reſtituat ad inſtar depoſiti ſemper ac creditor petet; hoc tamen pallio, quando plus valebit, petet frumentum reſtitui; vt hoc anno 1672. accidit in quodam oppido miſerè anguſtiatis debitoribus pro reſtitutione frumenti reſtituendi quando pretium ſummum erant 30. caroleni pro quolibet modio. Ingenioſa ſed abs re auiditas lucri.

Diuiditur in *proprium*, quo tantum cuſtoditur res, & diuiditur in *voluntarium* ſine neceſſitate, *neceſſarium* cum neceſſitate; puta, vrgente incendio; & *iudiciale* Iudicis mandato factum; ſiue ſit ſequeſtrum,
436 ſiue non. *l.* 1. *l. Licet* 17. *D. depoſ.* Et depoſitarius propriè nequit vti re depoſitata.

l. 3.

l.3. D.depoſ. Et depoſitum habet executionem paratam. *l.1. l. Si quis* 11.*C.depoſ.* Et *improprium*, quo depoſitarius vti valet; & eſt depoſitum vſque dum incipiat vti,ſi ab
437 initio facti depoſiti data ſit facultas vtẽdi.*l.Quod ſi* 10. *D ſi cert pet*.Si verò interiecto tempore ab initio depoſiti, detur deinde facultas vtendi, deſinit eſſe depoſitum, quando talis facultas datur. *l. Certi condictio* 9.§.*depoſui.D ſi cert.pet.*

Pignus

CОntractus traditionis rei in manus creditoris ad ſecuritatem crediti.*l.1.D.de pignor.* Per Tò *in manus creditoris* differt
438 ab hypotheca, qua remanet res penes Debitorem; & eſt obligatio bonorum ad ſecuritatem crediti. Pignus traditione perficitur. *l.ſi rem alienam* 9. §. *propriè D.de pign.act.* Nec, in illo apponi valet pactum legis Commiſſoriæ. *l.* 1.2,3.*C de pact.pign.* Debitore non ſoluente poteſt alienari monito debitore, qui tenetur de euictione, vt aſſiſtat venditioni. *l. Quamdiu.*6. C.*de di-*
439 *ſtract. pign* Et pactum ne alienetur,tantùm operatur, vt trina monitione Debitor moneatur; & tunc lapſo biennio alienari valet, vel ſtatim ſecundùm alios. *l. ſi conuenerit*.4. D.*de pignor.act.* *l.Creditor*.4.C. *de diſtr. pign.* Et nequit Creditor ſibi pignus emere. *l.Et qui ſub imagine*.10. *C.de diſtr.pign.* Res aliena pignorari nequit. *l. Aliena*.20.*D.de pign.act.* Nec refert: quod poteſt vendi poteſt pignorari. *l. Sed, & quoad*.9.*D.de pignor*, Sed res aliena poteſt

vendi.

vendi. *l. Rem alienam.* 29. *D. de contrah. empt.* Ergo res aliena poteſt pignorari. Nam diſtinguo maiorem; quod poteſt vẽdi, transferendo Ius in re, poteſt pignorari, concedo; quod poteſt vendi, non transferendo Ius in re, poteſt pignorari, nego
440 maiorem. Sed; diſtinguo minorem; Res aliena poteſt vendi, transferendo Ius in re, nego minorem; non transferendo Ius in re, concedo minorem, & nego conſeq. Semper enim, ac quis nequit trãsferre Ius in re, nequit rem pignorare; ſi veró habeat Ius in re aliena poteſt ſubpignorare. *l.* 1. *C. ſi pign. pign. dat. ſit.*

Contractus verbis initi

VErbis perficiuntur, vt eſt I. *Stipulatio.* II. *Fideiuſſio*; Licèt de fideiuſſione ſit
441 problema, an ſit verbalis contractus, de quo infrà.

Stipulatio

COntractus Ciuilis ſtricti Iuris, quo quis verbis aptis congruè illicò interrogatus reſpondet ſe aliquid daturum, facturũ. *l.* 1. *l. Stipulationum.* 5. §. *Stipulatio D. de verbor. oblig.* Firmat cæteros contractus. *l.* 1. *D. de verb. oblig.* Diuiditur in *Veram*,
442 quæ continet verba vera; & *Fictam*, quæ à lege fingitur, vt in contractu dotali. *l. vn.* C. *de rei vxor. act.* Admittit communes diuiſiones; & in pœnali, ſi ante tempus præfixum conſtat rem amplius impleri nõ poſſe; vel idem, qui tenetur ad factum, tenetur ad pœnam, & pœna non debetur,
443 niſi lapſu totius tẽporis. *l. Inſulam.* 124.

D. de

D.de verb.oblig c.commiſſa.3.de elect in 6. Si verò vnus ad factum, alter ad pœnam ſe obligauit, & tunc pœna commiſſa eſt, etiam ante lapſum præfixi temporis.*l.cum ſtipulatus.* 113. *l. Stipulationes.*72. *D. de verb.ſignif.*

Fideiuſſio

AN ſit contractus verbalis quæſtio eſt; videſis.*l.*1.§.*verbis autem D de action.&*

444 *oblig.* Siue Iudicialis, ſiue extra Iudicialis eſt contractus,quo quis ſe obligat Principali non ſoluente. *l* 1.2. *l Grecè.*9. *D de fideiuſſ.* Laudans verò alterum non dicitur pro illo fideiubere *l.ſi verò* 11.§.*cum quidam.D.mandati.* Et fideiuſſio, licèt acceſſoria, poteſt præcedere, & ſequi principalem obligationem. *l.Poteſt.*5.*D.de fideiuſſ.* Poteſtque eſſe ſtrictior, maior,nō ad plus,

445 quàm ſit principalis obligatio.*l.Grecè.*9. §.*illud.l.Fideiuſſor.*17. *l.hi qui* 35.*D.eod.* Et ſi eſt in plus,tãtùm corruit pro exceſſu,

446 vt patet ex mandato, *l.Si vltra.*22. C.*de fideiuſſ.* Et ex conſtituta pecunia.*l.Hactenus* 11.12.*D.de conſt pec.*

Inter multos, qui fideiubere nequeunt,vt qui donare nequeunt ſolemnis eſt mulier etiã

447 maior tuta exceptione Velleiani. *l.* 1. C. *ad Velleian.l* 1.2.D.*eod.*Cui fauori inſtructa renunciare in ſpecie valet .*l.fin.* § *fin.* D.*eod.* Vt donare *l.ſed ſi.*4. D.*eod.* & principaliter ſe obligare poteſt . *l ſi fœnebris.* 13.C.*ad velleian. l.fin.* C.*quando mul tut. offic.fungi.* Et hoc non vtitur fauore,ſi pro

448 dote, pro libertate, ſi recepto pretio,&c.

ſi le-

fideiubeat. *l. 2. l.Si vxor.5. l.Antiqua.13.* C.*ad velleian.*

Plures Fideiuſſores, ſi conueniantur in ſolidum, habent beneficiũ diuiſionis per Epiſtolam D.Adriani;ſi ei nõ renunciauerint, vel alij ſint ſoluendo. *l. Reos 23*. C. *de fideiuß. Auth. Hoc ita.* C.*de duobus Reis*;ſol-
449 uere autem fideiuſsor non tenetur, niſi ei cedantur actiones aduerſus principalem,& confideiuſſores. *l.Fideiuſſor.*10.C.*de fideiuſſ. l.inter fideiuſſores.27. l.cum is.37.* D. *de fideiuſſor.*

Creditor autem, qui habet pignus, & Fideiuſſorem, pro libito poteſt conuenire Fi-
450 deiuſsorem, vel diſtrahere pignus. *l.Inter eas.52.§.creditor pignus.D.eod. l Omiſſis. 17.* C. *eod.* Licèt abſolutè prius debeat agere contra Principalem,quàm aduersùs
451 Fideiuſſorem, qui ſe non obligauit, vt Principalis. *Auth. Præſente. C. de fideiuſſ. Auth.Hoc ſi debitor.* C.*de pignor.*

Fideiuſsor autem tenetur ad Principale, & ad vſuras etiã poſt mortem Debitoris decurſas, ſi ſe obligauit in omni caſu,& cau-
452 ſa. *l.Fideiuſſor.*10.*C.de fideiuſſor.* Non verò tenetur ad tales vſuras,ſi ſe obligauit
453 ſimpliciter. *l. Fideiuſſores. 69. §. 1. D.de fideiuſſ.*

Contractus litteris initi

QVi ſine ſcriptura euaneſcunt, vt quando quis ſcriptura fatetur recepiſſe, quod non recepit. *Tex. hic.* contra quam ſcripturam poteſt opponi exceptio non numeratæ pecuniæ intra biennium inci-

454 piens à data ſcripturæ. *l. in contracti-bus.* 14. §. *ſed quoniam. l ſi quaſi.* 7. *l.ſi intra.* 8 *l.fin.C.de non numer.pec. Argum. l.ſi mulier.C.ad velleian.* Et tunc Actor debet probare pecuniam numeratam. *Carau.ritu.* 166.*nu.* 47. Si verò opponatur per modum actionis durat per 30 annos, ſi opponens velit clarè probare pecuniam non
455 fuiſſe numeratam; nam volens clarè veritatem oſtendere audiendus; ſicuti etiam aliæ exceptiones liquidæ, ſemper poſſunt opponi. *Arg. l qui.* 30. *D.de reb.cred. Affl. dec.* 402.

Et hæc exceptio datur debitori, eiuſq; hæredi pro reſiduo durante biennio. *l.ſi intra.* 8.*C.de non num.pec.* Et datur etiam man-
456 datori, & fideiuſſori. *l. tam mandatori.* 12.*C.eod.* Aduerſus creditorem, eiuſque hæredem; nec poteſt huic exceptioni renunciari; nam daretur cauſa delictis.

Ceſſat verò hæc exceptio. I. Si Tabellio in inſtrumento dicat pecuniam coram ſe, & Teſtibus numeratam. II. Nequit opponi
457 à Tutore, Curatore fatente ſe recepiſse mutuum à Pupillo, minore; nam nō præſumitur confeſſio ſpe futuræ numerationis, cum ſtatim Tutor, Curator ſibi ſatisfacere potuerint. *l. Quoties.* 9. §. *non tantùm. D.de admin.* & *peric.Tutor.*

II. Species obligationis literarum eſt *Apocha*
458 *Banchalis*, quæ in Regno habet paratam executionem, & debitor non auditur, niſi in vinculis, & facto depoſito. *Pragm.* 13. *Franc.dec.* 502.

III. Obli-

III. Obligatio *penes acta*, quæ paratam habet executionē. *l. eum, pro quo. 17. D. de in Ius vocan. Affl. dec. 387 n. 1.*

IV. *Inſtrumentum*

SCripturam etiam imbibit prout diſtinguitur à probatione facta per Teſtes; eſtque *Scriptura fidem faciens rei geſtæ*. Publica,
459 vel Priuata, *Publica* plenè probat; & Neapoli, ſi ſit liquida habet paratam executionem; itaut quis non audiatur contra, niſi in vinculis, vel facto depoſito, & ſic admittit probationem in oppoſitum. *l. Optimam. 14. §. etſi inter. C. de contrah. ſtipul.*
460 *l. ſatis. C. ad l Cornel. de fal. l. cum precibus. 18. C. de probation.* Diciturque *Inſtrumentum Guarantigiatum*, ſi habeat omnes ſolemnitates Iuris, ſit iuramento, & pœna vallatū coram Iudice ad contractus. *Franc.*
461 *dec. 141.* Nequit reaſſumi defuncto Notario, niſi ex ſpeciali licentia. nec creditur Tabellioni, niſi de geſtis inter partes. §. 1. 2. *Auth. de Tabellion. Afflic. dec. 58. nu. 2.* Et in antiquis magis creditur Inſtrumento, quam Teſtibus; in alijs recentibus æquè probant inſtrumenta, & teſtes in litibus
462 exercendis. *l. in exercendis. 15. C. de fide inſtrum. l. optimam. 14. C. de contrah. ſtipul.* Licèt in nouis, quandoque magis credatur teſti, quam ſcripturæ.

Inſtrumentum, vt liquidetur debet habere cauſam, guarantigiam, debitum liquidum, non includere pacta illiquida, nullam con-
463 tinere raſuram. *Galeota. 1. controu. 56. nu. 23.*

Et petita reſciſſione inſtrumenti guarantigiati cenſualis tertiæ debentur vſque ad reſciſsionem, vt vult *Marcian.tom.1.diſp.* 59. *nu.* 8. Non verò vſque ad conteſtatio-
464 nem, vt docet *Roccus tom.* 2. *reſponſ.*27. *nu.* 12. Nam quandiù contractus tenet obligat, & tenet vſque dum reſcindatur quouſque tertiæ debentur. *Franc. dec.* 173.

Contractus conſenſu initi

EXigunt conſenſum externum, quouis modo declaratum. *l.2.D.de oblig.* Sunt multi, vt *Emptio, Venditio, Locatio, Conductio, Societas, Mandatum, &c.*

DE EMPTIONE, ET VENDITIONE.

EMptio eſt contractus, qui ſucceſsit loco permutationis, quo pretium pro re promittitur; ſicuti in venditione res pro pre-
465 tio. *l.* 1. *D.de contrah.empt.* Non exigit arram. *l.quod ſæpe.*35. *D. eod.* Et perficitur conſenſu reciproco ante traditionem. *l.* 1. *in fin. D.de pact. l.nec emptio.* 8. *D. de contrah.empt.*

Solent adijci pacta reſolutiua huius contractus. I. *Adiectionis in diem*; ſcilicet, vt vē-
466 ditio reſoluatur, ſi alius intra certum tempus meliorem venditoris conditionem. *l.*1. *l.vbi.*4. Et *tot.tit. D.de in diem adiec.*

II. Pactum *legis Commiſſoriæ*, quo ſi emptor intra certum tempus non ſoluat pretium reſoluitur venditio. *l.*1 1. *D.de lege commiſſ.*
467 Et reſtituitur res vnà cum fructibus, ne emptor reportet lucrum pretij, & rei. *l. lege fundo.* 5. *D. eod.*

III, Pa-

III. Pactum *de retrouendendo*, quo Venditor reemit rem ſuam, & ſic reſoluitur prior
468 venditio; Eſtque pactum licitum. *Leuit.* 25. n. 24. *l. ſi fundũ.* 2. *C. de pact. inter empt. c. ad noſtram.* 5. *de empt. & vend.* Non ſunt
469 tamen reſtituendi fructus reſoluto contractu; quia alter non reſtituit fructus pretij accepti. *d. l. ſi fundum.*

Iſtis reſolutiuis verificatis, dominium reuertitur ad dantem ſine traditione; ità ac ſi
470 contractus nunquam fuiſset initus, ſi pacta fuerint concepta verbis directis, vt *res ſit inuendita*, &c. *l. voluntate.* 10. *D. quibus mod. pign. l. mulier.* 8. *D. de leg. commiſ.* Non
471 verò, ſi verbis obliquis, vt *reſtituat rem. d. l. ſi fundum.* 2.

Datur etiam venditio ad corpus, & ad men-
472 ſuram. Ad corpus, vt, vendo fundum. A. Ad menſuram, vt vendo centum iugera fundi A. *l. qui fundum.* 45. *D. de euict.*

Pretium

VAlor rei. Duplex *Pecuniariũ*, & eſt valor pecuniæ; ſcilicet eſt res publica forma ſignata pro exæquando valore alia-
473 rum rerum. *l.* 1. *D. de contrah. empt.* Et hoc pretium eſt certum à lege taxatum, poteſtque dici valor legitimus. II. Eſt valor aliarum rerum exæquandus à pecunia;
474 & hoc diuiditur in *Legitimum*, *& Naturale*. Legitimum lege taxatur. *l.* 1. *D. de offic. Præf. Vrb.* Naturale eſt valor rei in ordine ad humanum conuictum, & hoc diuiditur in *Supremum*, *Mediocre*, & *Infimum*;
475 Nec licet ſupra ſupremum, nec infra in-

ſimum contrahere; ſed intra latitudinem huius pretij ſupremi, & infimi permittitur contrahentibus ſe decipere. *l. item ſi pretium. 25. § fin. D locati. l. ſi voluntate. 8. C.*
476 *de reſcind. vendit.* Et intra latitudinem iuſti pretij res tanti valet, quãti vendi poteſt *l. Pretia rerum. 63. D. ad l. Falcid. l. 1. § ſi hæres. l. 2. D. ad Trebell.*

Iuſtitia pretij ſumitur ex circumſtantijs co-
477 piæ, inopiæ rerum, venditorum, emptorum. *c. legimus. diſt. 97.* Vndè res, pecunia credita, cariùs venditur. *Couar. var. c. 3. nu. 6.* Et res vltronea vileſcit, quia indicat defectum emptorum, vltra tertiam partem
478 ſecundùm *Caiet. 22. q. 67. art. 1.* Vſque ad medietatem ſecundùm *Salas de empt. dub. 25. nu 3.*

In emptione pretium debet eſse pecuniariũ,
479 ac certum, vt eſt certa res, quæ venditur. *l. 1. § 1. D. de contrah. empt. l. certum. 6. D. de reb. cred.* Et pretio nõ ſoluto, Emptor nõ acquirit dominium rei emptæ ſibi traditæ, niſi alia via ſit aſsecuratus venditor.
480 *l. vt res 53. l. quod vendidi. 19. D. de contrah. emp.* Et deficiente pretio pro rata deeſt contractus; qui eſſentialiter reſpicit pretium iuſtum.

Lex 2. C. de reſcind. vend.

HAc lege ſtatuitur, vt Venditor læſus vltra medietatem iuſti pretij poſſit pete-
481 re ſupplementum pretij, vel reſcindere cõtractum recuperata re; & currit in rebus ſtabilibus, & mobilibus; nam eadem ratio *Bart. in d. l. 2. n. 22.* contra *Cuiac. lib. 2. c. 12.*

Cur-

Digitized by Google

Currit etiam in Emptore; quia hic neceſſitate etiam cogitur emere, ne malum habeat
482 vicinum, ne amittat lucrum pecuniæ otioſæ, vt poſſit cum familia inhabitare ampliato ædificio,& ſic currit eadem æquitas in Emptore, & Venditore; eademque Iuris diſpoſitio. *l. cum emptor. 5. D.de reſcind vendit. l. ſi cum dies.25.§.Pen. D.de*
483 *recep.arbitr. Bart. & Bald.in d.l.2.* Sicq; corruunt, nec digna vt hic referantur excogitata aduerſus communem, in oppoſitum à *Cuiac.6.obſeruat c.18. Anton.Fabr. de error.deca.8.err.7.*

Computatur autem læſio vltra medietatem; in Venditore vltra medietatem valoris rei
484 ſuæ venditæ;in Emptore vltra medietatem pretij pecuniarij traditi; nam quiuis debet lædi in re ſua,vt Venditor in re ven-
485 dita; ita emptor in pretio tradito, & ſic eſt læſus ultra medietatem,ſi amittat ultra medietatem ſui pretij,& ſoluat 21. pro re, quæ valet 10. *Comnan. 17. comment. c.9.* contra *Cagnol.in d.l.2.nu.55.*

Currit *lex.2.* in omni contractu onetoſo,etiã in locatione. *l.ſi merces.28.§.vis maior.D. locati.* In tranſactione, extimato dubio
486 euentu litis, & eius læſione ultra medietatem. *l. in ſumma.65. D.de condic indeb.* Niſi ſponte cedat Iuri ſuo plena voluntate. *l. ſub pratextu.19. l. ſub pratextu.29. C. de tranſact.*

Et qui vendit etiam ſi dicat, *ſi plus valet do-*
487 *no*, læſus ultra medietatem gaudet hoc beneficio.*leg.2.* Quia præſumitur illa ver-

ba

ba ſine voluntate protuliſse ad occurrendum præſenti neceſſitati; cui non poſset
489 ſubu nire, niſi diceret, *ſi plus valet dono*, *Cagnol. in d. l. 2. n. 124.* Id .n. humanum eſt, & *l. 2.* humanitati innititur. *Boer. dec. 192.*
490 *nu* 10. Et accedit emptorem huiuſmodi præſumi doloſum. *l ſi quis. 36.* ibi, *In ſe dolum. D. de verb. oblig.*

Læſus contra contrahentem utitur actione
491 ex empto, quæ conceditur vi huius legis ad reſcindendam venditionem. *l. ex empto. 11. §. ſi quis. D. de action. empt.* Et, ſecundùm alios implorat officium Iudicis. *Cyn. in d. l. 2.* Aduerſus verò tertium poſseſso-
492 rem agit rei vindicatione pro rata pretij non ſoluti, pro qua non fuit translatum dominium. *l. quod vendidi. 19. l. ut res. 53. D. de contrah. empt.*

Materia emptionis

Eſt *merx*, & ſic omnis res Corporalis, Incorporalis, Stabilis, Se mouens, Mobi-
493 lis, Præſens, Futura. *l. nec emptio. 8. D. de contrah. empt l. cum hæreditatē. 7. D. de hæredit. & action. vend.* excepta hæreditate
494 futura, quæ vendi nequit ad tollendum votum captandæ mortis. *l. 1. D. eod.* Licèt præſens vendi poſſit. *l. 2. 7. 8. 11. D. eod.*

Vendita hæreditate, ius accreſcendi Vendito-
495 ri, non Emptori competit, quia datur, ne decedatur partim teſtatus, partim inteſtatus, quæ ratio currit in hærede venditore, non in emptore.

Res propria emi nequit. *l. ſuæ rei. 16. D. de*
496 *contrah. empt.* Aliena vendi poteſt. *l. rem*

alie-

alienam. 28. *D. de contrah. empt.* Et tunc venditor tenetur de euictione.

Nemo cogitur rem ſuam vẽdere, vel alienam
497 emere. *l.nec emere.* 18. *C. de iur.delib. l. nec quaſi.*70.*D.de rei vind.*Præciſo fauore
498 publico,pio,&c. *l.Iulianus.*14. §. *idem Celſus.D.de action.emp. l.venditor.*14.§.1. *D.commun.præd. l. ſi quis ſepulchrum.*12. *D. de religioſ. & ſumpt.* Non tamen quis
499 poteſt cogi ad vendendam domum antiquam; nec pro amplianda Eccleſia non neceſſaria pro diuino cultu, & pro adminiſtrandis Sacramentis; fortiùs ſi amplia-
500 tio ſit cauſa voluptatis;deciſũ apud *Gratian.c.*742.*n.*25. *Merenda.to.*1.*c.*30.*n.*19.

Res Eccleſiæ alienari nequit ſine cauſa,& aſ-
501 ſenſu Pontificis. *Extrau. Ambitiosè de rebus Eccl.non alien.*Niſi alienatio ſit neceſſaria lege, vel ſtatuto cogente, vel ex
502 pacto retrouendendi. *Arg. l.puto.*§.*prædium.D.de leg.*3.

Euictio

EST rem tollere; vndè ſi res tollatur in iudicio,dans tenetur de euictione, ſiue
503 expreſſa ſit, ſi id pactum ſit. *l.non ex eo.* 30. *C. de euiction.* Siue tacita, quæ intelligitur in omnibus contractibus onerofis; nam Iuſtitia æqualitatem expoſcit, ne det rem litigioſam, qui non litigioſam accepit. *l.ſi in venditione.*60. *D.de euiction. l. non dubitatur.* 6. *C.eod.* Sic tacitè intelligi-
504 tur in venditione. *d. l.non dubitatur.* In dote. *l.vn.C.de rei vxor.act.* In datione in
505 ſolutum. *l. ſi prædium.* 4. *C. de euict.* In

per-

Digitized by Google

permutatione. *l. ſi permutationis. 29. C. eod.*
506 In tranſactione. *l. emptorem. 12. §. fin. D. de*
507 *action. empt.* In locatione, quæ regulatur regulis venditionis. *l. 2. D. locati.*

Non tamen currit in contractibus lucratiuis, vt eſt Donatio, ſiue incipiat à traditione. *l. Ariſto. 18. §. fin. D. de donat.* Siue à pro-
508 miſsione. *l. quoniam. 2. C. de euict.* Vtrobique enim ex liberalitate non debet damnum reportari. *d. l. Ariſto.* Et donans dat Ius, vt habet. *l. Prædia. C. de præd. & alijs reb. min.*

Requiritur tamen, ut teneatur de euictione,
509 monitio litis motæ tempore, quo poſſit rem tueri, ut veniat ad eam tuendam. *l. emptor. 8. C. de euiction.* Niſi dans eodem
510 iudicio conueniatur, vel contumaciter ſe abſentet, ne moneatur; tunc enim moneri poteſt domi, vel per edictum. *l. ſi ideò. 55. l. ſi fundo. 53. D. de euict.* Et mortuo venditore denunciatio fit hæredibus. *l. cum ſucceſſores. 23. C. eod.*

DE LOCATIONE, ET CONDVCTIONE.

LOcator dat, Cōductor recipit rem utendam, fruendam ſoluto pretio. *Inquili-*
511 *nus*, vrbanæ, *Colonus*, ruſticæ rei conductor dicitur. *l. ſed addeſ. 21. l. item. 25. D. locati.*

Locatio, eſt contractus Iuris Gentium con-
512 ſenſu initus, quo res alteri traditur vtēda, fruenda ſub certa penſione, infra decennium. *l. Et hæc. 35. l. Si merces. 28. §. Qui*

fun-

fundum.D.Locati.l.Licet.8.C.Locati.
Idem de conductione proportionaliter, qua
513 ſoluitur merces pro re vtenda.
Diuiditur Conductio in *Conductionem*, &
Reconductionem, ſiue Tacitam, ſiue Expreſſam. *l.Item quæritur.* 14. §. *Qui impleto*, ibi, *Reconduxiſſe videbitur.d.l.*15. *D.Locati.*
514 Et recõductio eiſdem qualitatibus cenſetur inita.*d.l.Item quæritur.§.fin.*ibi; *Eãdem locationem renouaſſe.*

Pretium.

MErces debet eſse certa.*l.Si Vir.*53. ibi, *Sine certa mercede contrahi non po-*
515 *teſt.D.de donat.int.* Debetque conſiſtere in pecunia numerata.*l.Depoſitum.*1. §. *ſi quis Seruum.D.Depoſ.l.Naturalis.*5. §.*at cum do.* ibi, *Pecunia data locatio erit. D.*
516 *De praſcript.verb.*Eiſdem namque regitur regulis Venditio, & Locatio.*l.*2. *C.Locato*. Et in emptione pecunia debet eſse numerata.*l.Inſulam.*6. *D. De praſcr. verb.* Et ſic ſi detur alia res loco pretij eſt con-
517 tractus Innominatus *Do, vt Des.d.l.*1. §. *Si quis ſeruum*. Et impropriè dicitur Locatio.*l.Et hac.*38.*D.Locati.l.Licet.*8.*C.Locati.* Differt tamen à venditione, quæ non
518 eſt neceſsaria infra decennium.
Pretium ſoluitur completo tempore Condu-
519 ctionis *l.Excepto.*18. *C.Locati.*
Minuitur talis Penſio ob repentinam magnam cladem, Incendium ſterilitatem.
520 *l.Si merces.*26.§.*Vis maior. l.Ex conducto.*16.§.*Si vis.l.*36.37.*D.Locati.*(Niſi ſterilitas accidat culpa cõductoris. *l. Si merces.*28.

ces.28.§.culpa.l.cui inſulam. 33. *D.locati*, Vel ſit exigua, aut compenſetur abundantia antecedentis, vel ſubſequentis anni.*l.ſi*
521 *vno.*17. *D.eod.*Vel niſi cõductor ſe obliget ad caſum fortuitũ.*d.l.licet.*8. *l.ſi quis.* 10. *D.locati.*

Dicitur immodica clades, ſi deductis ſemine,
522 expenſis, non ſuperſit pro ſoluenda pẽſione, quod ſi aliquid ſuperſit, loco penſionis erit. *l. ex conducto.* 16. §. *& ſi tabes.* ibi, *Ne ſupra damnũ ſeminis amiſſi mercedem præſtare cogatur. D.locati. c.Propter.* 3. *de locato.*

Auctis verò fructibus fortuitò, penſio non augetur, cum ceſset ratio commiſerationis
523 coloni, quæ operatur diminutionem pẽſionis *d.l.ex conducto.l ſi merces.*28. §. *vis maior.* ibi, *Immodicum lucrum non auferetur.D.eod.Pinell.l.*2.*p.*1.*c.*3. *n.*37.*C. de reſcind.vend.*contra *Gomez.* 2. *var.c.*3. *n.*19.

A decreto ſoluendæ penſionis non appella-
524 tur.*Maſtrill.dec.*42.*Sãfel.dec.*127.*n.* 3.

Conductor

Est, quicumque contrahere valet, nec præfertur inuito Domino. *l.ne cui.* 32.
525 *C.locat. Franc.deciſ.*506 *nu.*6. Exceptis Scholaribus, qui eodem pretio præferuntur alijs. *c.* 6. *de locato*; Et iure communi
526 non expelluntur, ſed expellunt ad inſtar cauſæ piæ.*c.ex reſcripto. de locato.*

Locator

Nequit ſine cauſa eijcere inquilinum; ex cauſa tamen poteſt, vt ſi inquilinus
527 abutatur re conducta, vel res conducta

ex

ex caſu inopinato ſit neceſſaria locatori; vel ſit res reparanda neceſſaria refectione. *l. Æde.3. C. locati.* Vel ſi notabiliter damnificet, aut penſionem ſoluere nequeat. *l. quaro.57.§.inter.D.locati.*

Succeſſor conductoris, vel eſt vniuerſalis, vel particularis. Vniuerſalis tenetur locationi
528 factæ ab anteceſſore aſſentire. *l. qui fundum.35.D locati.l.viam.*10.ibi, *Ad hæredes tranſmittatur.C.locati.*

Particularis non tenetur, niſi ad eum res deueniat ſub pacto, vt ſtet conductioni. *l.emptorem.* 9. ibi, *Non eſt neceſſe ſtare Colono. C.locati.d.l.35.* Similiter ſtat conductio ſi
529 pro conductione ſit cōductori hypothecata res conducta; vel ſit translatum dominium vtile in conductorem; tunc particularis ſucceſſor non poteſt expellere Colonum. *l.1.D.de pignor.c.ad audientiam.de reb.Eccl.non alien.*

Dominus ſucceſſor in adminiſtratione tenetur ſtare locationi factæ ab eius Admini-
530 ſtratore, ſic Filius locationi factæ à Patre, vxor factæ à viro, Pupillus factæ à Tutore, Prælatus ſucceſſor factæ ab anteceſſore. *Conar.2.var.c.15.n.5.*

Expenſæ neceſſariæ, vel utiles à conductore factæ pro ſubſtantia rei conductæ, vel pro
531 neceſſario eius vſu, repetūtur à Domino. *l.Dominus* 58 *§.in conducto.l.Colonus.64.* ibi, *Expenſas conſecuturum. D. locati.* Et res perit locatori, niſi pereat dolo, facto,
532 mora, culpa ſaltem leui conductoris. *l.in iudicio.28.C.locati.l in rebus.*18.ibi, *Dili-*

gentia præſtanda, qualem quiſque diligentiſsimus. D.commod. Præſumitur tamen
533 periiſſe fortuitò; quia nemo præſumitur malus. *c.vn.de ſcrutin.*

DE CENSIBVS.

Cenſus eſt ius exigendi redditus ex re frugifera: poteſt iniri inter viuos, & in vltima voluntate. *Crauetta conſ.217.nu.4.*
534 Ideòque non eſt eſſentialiter cõtractus, ſed materia contractus, & vltimæ voluntatis; ſic domus eſt materia indifferens ad contractus, & vltimas voluntates. Eſt licitus; & præſumitur aſſuetus in loco, vbi eſt celebratus. *c.inſpicimus.45.de reg.iur.in 6.*
535 Et in dubio ille, quo debitor minùs grauatur, etiam ſi adſit fauor Eccleſiæ; nam ſemper fauendum reo; & melior conditio poſſidentis. §.*retinendæ.de interd.* Sibique tribuat potens, & nolens ſe clariùs explicare. *c.contra.57. de reg.iur.in* 6. Præſumi-
536 tur exiſtere, vbi fit exactio. *l.contraxiſſe. 20.ff.de action.& oblig.l.aut ibi. 3. D. de bon.auth.Iud.poſſid.* Et venit appellatione
537 ſtabilium. *Clem.1.* §.*proindè. v cumque. de verb.ſignif.* Vndè confiſcatis mobilibus non confiſcatur cenſus. *Surd.deciſ.* 104.*nu.* 8. Et in cenſu intereſſe ſub certa ſumma tranſiens in ſortem principalem, producit intereſſe. *l.ſocium, qui.* 61. *D.pro ſocio.l.idẽque.*§ *denique. D mand.l in negotiatione.* §. 1.*in fin.D.de admin.Frãch.dec.*254. *Bald. in l.eos.C.de vſur.Socc.conſ.*41.*num.*4. *Reg.*
Ga-

Galeota in add.ad Medicis conſ.86.nu.15. Piſanellus,& Vrſill.ad Affl.dec.291. Anna ſing.261.Lanarius conſ.79. nu.6. Theodorus alleg.40.Trentacinq.lib.1. var.reſol. 1.num.37.Thorus voto 41. nu.23. Criuellus deciſ. Dolana. 103. num.8.de Marinis c.99.Raynus vol.2.conſ.95. Barboſ. in. l.fin. num.4.C.de vſur. Dicitur autem intereſſe

538 principaliter deberi,quoties debitor nequit cogi ad ſoluendum capitale, ſed liberè poteſt, vel capitale, vel intereſse ſoluere, vt eſt in cenſibus. *Reg. Galeota, Bald. Socc. l. c.* iura verò reprobãtia intereſse ex intereſse, *vt l. fin. C. de vſuris rei iudic. l.cum quidam.§.pupillo.D.de vſuris. l.improbũ fœnus C. in quibus cauſis infa m. irr.* currunt intereſse debito non, vt principapali,ſed vt quid acceſorium.

Poteſt conſtitui ſine hypotheca, & cum hypotheca bonorum de iure naturæ:Iure ve-

539 rò poſitiuo conſtituitur cum hypotheca. *Extrau.regimini.§.ſanè petitio.de empt.& vẽdit.*Poteſtque hypotheca eſſe regularis; ſcilicet cum obligatione reali,& perſonali remanẽte perſonali ex obligatione extincta re.*l.cum notiſſimo.7.C.de praſcript. 30. vel 40.an.l.ſoluitur. 5. §.ſi conuenerit.D.quib.*

540 *mod.pign.* Et irregularis, vbi eſt recepta Bulla Pij V.ſcilicet,vt deſtructa re corruat etiam Perſonalis obligatio; nàm non remanet ſine re obligatio perſonalis ex dicta Bulla.

Quotuplex ſit cenſus?

CEnſus poteſt Iure communi conſtitui
in *Re*,& eſt Realis:& eſt *Fructuarius*,
541 ſi fructibus inhęreat;ſiuè ad tempus, &
eſt *Temporalis*;ſiue perpetuus, & eſt *Perpetuus*
cenſus;& in Perſona,& eſt *Perſonalis*
ex induſtrijs perſonalibus,vt Regi etiã
ſolet ſolui.

Realis diuiditur in *Reſeruatiuum, Conſignatiuum,& Emphyteuticum*. Reſeruatiuus
eſt, quo quis dat rem ſuam alteri quoad
542 dominium vtile, vel directum reſeruata
in illa ſibi annua penſione. Conſignatiuus
eſt, quo quis in propria re ad alterius fauorem
conſtituit penſionem certam. *Felician.lib.1.c.4.n.5.*

Emphyteuticus eſt,quo res ad meliorãdũ traditur
alteri translato vtili dominio in em-
543 phyteutam ſub annua penſione in recognitionem
dominij directi.*l.1.l.in emphyteuticarijs.2.C.de iur.emphyteu.*

Materia Cenſus

EST res frugifera ſtabilis. *Surd.deciſ.*
204. Certis finibus deſignata ex Bulla
Pij V.*Galeota.to.1.contr.33.n.7.*Licèt ſer-
544 uetur in Regno, non hæc, ſed Nicolai
V.incipit, *Sollicitudo Paſtoralis* inſerta in
Pragm.1.de cenſib. Vndè diminutis fructibus,
minuitur cenſus.*d.Extrau. Regimini*,
545 & fructus dicuntur deductis expenſis. *l.
quod in fructus.46.D.de vſur.*

Emphyteuſis

EST contractus, quo res immobilis datur
alteri ad meliorandum vltra decẽ-
nium

Digitized by Google

546 nium ſoluto certo canone, translato vtili dominio *l. 1 C. de Iur. Emphy.* Differt à ſuperficiario contractu, quo tantùm transfertur dominium vtile ſuperficiei; ſcilicet rei oculis cernibilis. *l. 1. D. de ſuperficieb.*

Diuiditur emphyteuſis I. in *Hæreditariã* reſpicientem hæredes, etiam extraneos; *Gen-*
547 *tilitiam*, ſiue ex pacto, & prouidentia reſpicientem Agnationem, & Filios etiam non Hæredes: & *Mixtam* reſpicientem vtrumque.

Diuiditur II. in *Laicalem*, cuius Dominus directus eſt Laicus; & *Eccleſiaſticam*, cuius Dominus directus eſt Eccleſia. *c. Potuit. 4. de locato.*

Alienari, compromitti, ſubemphyteuticari, pignorari, in dotem dari, &c. nequit Domino directo irrequiſito ſub pœna amit-
548 tendi rem emphyteuticam, & nullitatis contractus; niſi in alienatione fuerit adiecta clauſula *ſaluo conſenſu Domini impetrando. l. cum dubitatur. in fi. C. de iur. emphyt.* Qui Dominus directus à monitione
549 poteſt intra ſexaginta dies deliberare, velit nec ne ſibi emere. *l. fin. §. ſin autem. C. de iur. emphyt.*

Facta valida, non neceſſaria alienatione à nouo Emphyteuta, aut Poſſeſſore conſentienti Domino debetur Laude-
550 mium, quod eſt quinquageſima pars pretij; niſi ſit pactum aliter, alijuè mores. *l. fin. §. ne auaritia. C. de iur. emphyt. Affl. dec. 95.* Dicitur autem alienatio voluntaria, ſi initium à voluntate partium naſcatur; li-

 cèt

eèt fiat datione in ſolutum ſub haſta. *Menoch. de arbit. caſu.* 132. Imò etiam debetur, ſi Eccleſia emat; nàm eſt voluntaria,
551 cum ad Iuſtitiam ſeruandam non cogatur vnum ſine altero; ſcilicet vtile ſine directo dominio Dominus alienare. *l. ſi quis ſepulchrum.* 12. *D. de relig. & ſumpt.*

Nec debetur Laudemium in contractu reemptionis, ſi fuit ſolutum in priori cum pacto retrouendendi: iam enim fuit conſen-
552 ſus in illo præſtitus. *Gratian. c.* 180. *n.* 7.

In commiſſum emphyteuta incidit, I. ſi perceptis fructibus ſciēs rem emphyteuticam in Laica per três; in Eccleſiaſtica per
553 duos annos non ſoluat Canonem. *l. fin. ver. cadat. in fin. l.* 2. *C. de iur. Emphyteut.* niſi intra duos menſes, vel ad arbitrium Iudicis purget moram. *c. potuit.* 4. *de locato. Afflict. dec.* 174. II. ſi ex culpa leui Emphyteutæ res emphyteutica in ſe deterio-
554 retur grauiter. *Auth. qui res. C. de ſacroſ. Eccl.* III. ſi irrequiſito Domino Emphyteutica res alienetur. *l. in Emphyteuticarijs.* 2. *l.* 3. *C. eod.* IV. ſi non ſoluat Laudemium, ſi non faciat meliorationes, ad quas tenetur. *Bald. in l. fin. C. commun. de leg.*

DE FEVDIS.

FEudum eſt contractus, quo res ſtabilis datur alteri quoad dominium vtile ob ſeruitium perſonale in bello, & fidelitatem
555 præſtitam, aut præſtandam. *lib.* 1. *Feudor.* 6, *vn. tit. quemadmod. feud. ad fil. pert in.* ibi,

Pro-

Propter ſeruitium. Et ſeruitium debet eſſe Perſonale, ex ſe ſ. militare; niſi per aliũ ſeruire permittatur. *lib.* 1. *Feud. tit.* 19. *c. vn. de benef. Fratr. c. ſi quis miles tit.* 27. *de Feud. ſin. culp. non amitt.*

In feudo eſt eſsentialis fidelitas cum translatione dominij vtilis in Feudatarium. *tit. de inueſt. c.* 1. *tit.* 5. ibi. *Iurare debet fideli-*
556 *tatem lib.* 2. *feud.* Cætera ſunt naturalia à partibus remiſſibilia; ſcilicet vt ſit maſculus, vt adſit Iuramentum. *lib.* 1. *Feud. c. vn. tit. quemad. feud. ad fil.* ibi, *Filia non habet beneficium Patris, niſi à Domino redemerit.*

Diuiditur Feudum præter alias diuiſiones in
557 Hæreditarium, Gentilitium, & Mixtum. *Hæreditarium* conſtituitur pro ſe, & heredibus. *Gentilium* pro ſe, & ſuis deſcendentibus legitimis. *Mixtum* vtramque conditionem exigit. *Affl. in c.* 1. *an adgnatus nu.* 13.

Inueſtitura Feudum traditur; & Inueſtitura
558 eſt ſignum translationis dominij vtilis in feudatarium. *cap.* 1. *tit.* 2. *lib.* 2. *Feud.* ibi, *Abuſiuo autem modo dicitur inueſtitura quando, vel aliquod corporeum porrigitur à Domino Feudi:* & ſine inueſtitura Feudum non conſtituitur. *c.* 1. *tit.* 33. *lib.* 2. *Feud.* Et ſequens inueſtitura non tollit Ius per pri-
559 mam quæſitum; nec valet in præiudiciũ Tertij. *c. vn. tit.* 9. *lib.* 1. *Feud.* ibi, *de alieno Feudo non valet inueſtitura.*

Inueſtitura probatur publica ſcriptura, vel per duos pares Curiæ. *cap.* 1. *tit.* 33. *lib.* 2. *Feud.* ibi, *Coram paribus Curia, lib.* 1. *Feud.*

560 *c.1.tit.qui ſucceſſ.Feud.da.* ibi, *Breue teſtatum*, hoc eſt publicũ Inſtrumẽtum; Nõ tamen probatur ſcriptura priuata. *lib. 2. Feud.tit.2.c.1.§.1.*ibi, *per publicum inſtrumentum*; Præſumitur tamen inueſtitura
561 ex ſolutione Adhoæ, Releuij. *Affl.tit.ex quib.cau.Feud.amitt.n.297.*

Feudi alienatio.

NEquit feudum alienari Domino directo non conſentiente. *c.1. de prohib. feud. alien. per Lothar.* Qui aſſenſus eſt ſtricti iuris; ita vt conceſſus pro vna non extendatur ad aliam alienationem. *l. 1. §. permittitur. D. de aqua quotid. l. ſi ita ſti-*
562 *pulatus la 6. §. Chryſogonus. D. de verb. oblig l ſi pupillorum. 17. § ſi Prætor. D. de reb. eor. DD. in c. Imperialem. de prohibit. feud. alien. per Frider.* Intelligitur aſſenſus præſtitus *iuribus Curiæ ſemper ſaluis. feudi natura non alterata*; & præſumitur aſſenſus lapſu temporis triginta annorum. *c. vn. §. ſi quis per triginta. ſi de feudo def. conten.* Licèt, in Regno non ſufficiat iſte conſenſus præſumptus. *Conſt. Conſtitutionem diuæ memoriæ. tit. quæ ſint regalia.*

Reuocatur alienatio feudi ex pacto, & pro-
563 uidentia ab agnato vocato in inueſtitura, qui alienationi non conſenſit. I. Iure retractus, etiam viuente alienante ſoluto pretio infra annum *c. vn. § ſi quis deceſſerit. v. Titius. ſi de feud. def. cont. cap. 1. de alienat. feud. Pater.* Quod ius etiam Vniuerſitatibus conuenit *d. c. vn.* II. Iure pro-
564 prio inueſtituræ mortuo alienante pre-

Digitized by Google

tio nō ſoluto, intra triginta annos à morte alienantis ad inſtar iuris ſuccedendi. *l.licèt.8. C.de iur. deliber. d.c.vn. c.vn.de alien. feud. Pater. c.1.tit.8 §. è contrario. c.vn §.ſi quis per triginta tit.26.lib.2.feud.* Ita vt etiam Filius poſſit reuocare Feudum alienatum à Patre. *lib. 2.Feud. c. 1. §.ſed etiam res,per quos fiat inueſtitura*. Ne ſit
565 deterioris, cum debeat eſse melioris cō-ditionis, quã cæteri Agnati. *c. 1. de ſucceſſ. Feud.* Hæres tamen alienantis tenetur reſtituere pretium. *l.Emptorem.12. §.penult. D.de action,emp.l.fin.§.Emptor. C. cōmun. de legat.*

Refutatio Feudi

VT diſtincta à reſignatione Feudi facta in manu Domini directi, eſt Feudata-
566 rium ſe tollere de medio, & dare locum proximè ſucceſſuro, tempore refutationis, non mortis Refutantis. *cap.1. tit.14.lib.2.*
567 *Feud.* Hæc non dicitur alienatio; nec prohibita in *c.Imperialem. lib.2. c.1. tit. 14.l.cum Pater.36.§.quindecim.D.de leg. 3.* Poteſt tamen fieri Remotiori cum conſenſu proximioris agnati. *c.1. lib.1. tit.8. de ſucceſſ.Feud.* Et ſi conſenſu Primogeniti fiat ſecundogenito, non requiritur con-
568 ſenſus Domini directi. *Anna c.1. n.261. de Vaſallo decrepitæ ætatis.Franc.dec.591. n.2.ex c.1 §.etſi libellus.tit.39.lib.2.Feud.* Et mortuo Refutatario redit ad refutantē;
569 cum ceſſet finis refutationis. *c. 1. de eo,*

qui

qui finem fecit Agnat. Franc. l. c. n. 1.

Succeſſio.

SVcceſſor debet Domino directo ſub pœna amittendi Feudum denunciare
570 mortem prædeceſſoris intra annum, & diem. *c. 1. qua fuit pri. cau. benef. amitt.* Licèt in Regno pœna ſit ſoluere duplicatum releuium. *Iſern. in c. Imperialem.*

Fit iuxtà naturam inueſtituræ, & in dubio cenſetur pro ſe, & deſcendentibus. *c. 1. ſi de*
571 *feud. def. cont. §. naturales.* Et vocatis maſculis, & Fœminis veniunt iſtæ deficienti-
572 bus maſculis, vt, quoad poteſt, natura Feudi ſeruetur. *c. 1. §. Filia.* ibi, *Succedit filia, filijs non extantibus. De ſucceſſ. feud.* Manutenetur tamen fœmina ſemel admiſſa. *c. 1. de eo, qui ſibi, vel hared.*

Iure communi ad Feudum admittuntur nepotes in ſtirpes vna cum Patruo ad Feudũ
573 à communi aſcendente quæſitum. *c. 1. de ſucceſs. Frat.* vbi tantùm Primogenitus excludit ſecundogenitum, & filij huius Pri-
574 mogeniti excludunt Patruum; nàm ad ipſos Ius Primogenituræ tranſit Patris locum, & Perſonam repræſentando. *l. 1. §. Ante aditam. ver. hac actio. D. ſi quis teſtam. c. 1. de ſucc. Fratr. Auth. vt Frat. Filij:*
575 ibi *Paternũ adingrediẽtes gradum. collat. 9. c. 1. de natur. ſucceſſ. feudi.* Vndè meritò, qui excludebatur à Patre, debet à Filio ex-
576 cludi *d. Auth. vt Fratr. Filij. Auth. de Hared. ab inteſ. venien. §. ſi igitur defunctus il 2. verſ. undè conſequens.* ibi, *Sicuti eorum Pater preponeretur, ſi viueret.*

Le-

Legitimatus per ſubſequens ſecundum matrimonium præfertur in Feudis ex legitimo primo matrimonio nato; quia eſt verus
577 Primogenitus naturalis; & legitimatio retrotrahitur ad tempus natiuitatis quoad ius quærendum. *c. Tanta. qui filij ſint legit.* Nec obſtat præiudicium alterius; nàm, vt non excluditur ob tale præiudicium ab allodialibus; Ita nec à feudalibus, ita ac ſi ab initio fuiſset legitimus; vt loquitur *Text.*
578 *in. §. reliqui*; ibi. *damus ſucceſſiones, quas habent, qui ab initio legitimi ſunt. Authen. quib. mod. nat. effic ſui.*

Nec officit *Tex. in lib. 2. c. 1 tit. 26. §. naturales*, Nàm non loquitur de legitimatis per
579 ſubſequens matrimonium in iure quærendo.

Vita, & Militia ſecundogenitis, etiam Clericis quolibet anno debetur in Feudo, cuius
580 eſt onus, non portio. *Conſt. Regni Comitibus. Conſt. de ſucceſſion.* Nec traſmittitur ad Hæredes. *Afflict. dec. 43. n. 2.* Et re-
581 gulatur iuxtà diuiſionem legitimę. *Frãc. dec. 61.*

Releuium eſt medietas fructuum naturalium Feudi vnius anni in morte Feudatarij debita à ſucceſsore Domino directo in reco-
582 gnitionem, & pro obtinenda inueſtitura. *Conſt. poſt mortem*; quod etiam ſoluunt vniuerſitates Demaniales; ſcilicet quæ ſe redemerunt quolibet decimoquinto anno.

Adhoa eſt in locum perſonalis ſeruitij in
583 bello a Barone præſtanda. *Regens Galeota contr. 4. n. 36.* Eſt medietas fructuum il-

lius

lius anni, in quo imponitur; à qua excuſatur Feudatarius proprijs pecunijs ſeruiens bello. *Affl. dec.* 310. *n.* 9. Nec ſoluitur Adhoa, nec Releuium, ſi eodem anno con-
584 currant. *Capan. de iure Adhoa. q.* 12. *n.* 7.

DE SOCIETATE.

SOcietas conuentio plurium ad commune lucrũ & dãnũ pro rata rerũ cõtributarũ. *l.* 1.
585 *l. Societatem.* 4 *l. ſocietas.* 5 *l. ſi nõ.* 19. *l. cũ duobus.* 52. *§. damna. D. pro ſocio l. Iuris gẽtium.* 7 *§.* 1. *D. de pact.* Requiritur proportio, & æqualitas in damno, & lucro pro ra-
586 ta rei, vel induſtriæ; aliàs eſset ſocietas Leonina. *l. ſi non fuerit.* 29. *§. fin. D. pro Socio.*

Societas alia *Particularis* de quibuſdam, alia *Vniuerſalis* de omnibus rebus. *l.* 1. *l. ea verò.* 3 *l. Societas.* 5 *l. Actione* 66. *D. eod.* Et ſocietas omnium bonorum facit dominium commune. *l.* 1. *§* 1. *l. quia.* 2. *D. pro ſocio* Ex-
587 ceptis incorporalibus, quæ non quærũtur Societati ſine ceſſione. *l. ea verò.* 3. *D. pro ſocio.*

Societas omnium bonorum poteſt tacitè induci etiam inter Fratres. *l. ſocietatem.* 4. *D. pro ſocio.* Dummodò partes ſint rationis
588 compotes; nam aliàs non obligantur ex tacito contractu ſocietatis.

Communia ſunt omnia lucra, induſtria, caſu, vndecumque quæſita. *l.* 5. 7. 8. *l. cum duobus.* 52. *D. pro ſocio.* Communia ſunt omnia damna, etiam fortuita ſine dolo, vel culpa alte.

alterius ex conſocijs orta. *l. cum duobus.*
589 52.§.*damna. l.quod autem.* 54. *D.pro ſocio.*

Expenſę omnes etiam voluntariæ rationabiles pro dote, ſtudio, alimentis vnius ex ſocijs ſunt ex communi maſſa ſoluendæ. *l ſi fratres.* 53. §.*ſocium. l.quod autem.* 54. *D. pro ſocio. Viuius.dec.* 431.*nu.*7.

Non communicantur illa, quorum dominiũ nequit acquiri, vt feudum. emphyteuſis,
590 beneficium; licèt communicentur fructus; nec communicantur malè quæſita. *d.l.ſi fratres* §.*fin.*

DE DOTE.

Societati affinis dotis contractus; meritò hic de dotali contractu ſit oratio. Dos
591 traditur ex parte vxoris viro ad ſuſtinenda onera matrimonij.*l. cum multa.* 20. *C.de donat.ant.nupt.l.in rebus.* 58. *D.de iur.dot. Formaliter* eſt contractus ſocietatis *c.ſocietatis.* 27.*q.* 2.*c.*2. *de donat.int.* Qua ratione includit Pacta dotalia tanquam cauſam formalem. *l. in conuentionalibus.* 52. *D.de verb.oblig.* ibi.*contractui formam contrahentes dant.* Quæ Pacta,
592 alia ſunt tacita ex natura dotis, vel Iuris diſpoſitione; talis eſt ſtipulatio tacita, quæ omiſſa etiam intelligitur. *l. vnic. C.de rei vxor. act.* Vt matrimonio non contracto prodote nõ agatur.*l.promittendo.* 41.*l.* 44. *D. de iur.dot.* Vt in promiſſione dotis ſubintelligatur conditio, ſi matrimonium

H ſequa-

593 ſequatur. *l. dotis. 3. l. 12.* & *23. D. de iur. dot.* Vt fructus conſumantur pro oneribus matrimonij. *l. pro oneribus. 20. C. de iur. dot.* Alia expreſſa, quæ ex voluntate hominum apponuntur; & nequeunt apponi Pacta, quæ deteriorem reddunt dotis conditionem; puta, vt dos à marito non exigatur. *l. ſi pater. 12. l. fin. D. de pact. dotal.* Aut ne vir teneatur ex dolo, vel lata culpa. *l. in rebus. 18. D. de iur. dot.*

Dos *materialiter* ſumpta eſt ipſa res, quæ
594 traditur intuitu vxoris viro ad ſuſtinenda onera matrimonij. *l. promittendo. 41. D. de iur. dot.*

I. Dos diuiditur in Profectitiam, & Aduentitiam. Profectitia ex ſubſtantia Patris filiæ
595 exiſtenti in poteſtate datur. Aduentitia eſt aliundè habita. *l. Profectitia. 5. D. de iur. dot.*

II. Dos alia Æſtimata, alia Inæſtimata. Inæſtimata eſt ſi detur res, puta, fundum in dotem. Æſtimata eſt quando valor rei cõſideratur; quæ æſtimatio poteſt eſſe I. Vt ſciatur valor rei dotalis. II. Vt maritus il-
596 lo pretio emat illam rem dotalem. *l. cum dotem. 10. C. de iur. dot. l. æſtimatis. 51. 52. D. ſolut. matrim.* Et dotis æſtimatæ ad faciendam emptionem, maritus fit Dominus; eique augetur, creſcit, perit. *l. vn. §. cumque ex ſtipulatu. C. de rei vxor. act.* Et in dubio præſumitur æſtimatio ad ſciendum valorem; quia id eſt vxori vtile, nam retinet tunc rei vindicationem; ratione cuius, omnibus omninò creditoribus viri

præ-

præfertur;& in ambiguis fauore dotis reſpondendum. *l. fin. C. de dot. promiſſ. l. in ambiguis. 71. D. de iur. dot.*

III. Datur dos Congrua, & Inoſſicioſa. Inoſſicioſa, non Congrua lædit legitimam filiorum. *l. vn. C. de inoff. dot.* Et congrua eſt, quæ ſecundùm vires Patrimonij qua-
597 litatem mariti,& numerum filiorum datur. *l. cum poſt diuortium. 70. §. in domum. D de iur. dot.* Quæ dos Congrua appellatur *de Paragio*, ſcilicet, vt nubat pari; data excluſæ à ſucceſſione propter maſculos in Regno: *conſtit. in aliquibus.*

IV. Datur dos Numerata; quæ re ipſa fuit tradita; & dos Cauta, non numerata, quæ
598 ſcilicet fuit promiſſa cum ſuis cautelis, ſed non dùm fuit tradita. *l. 1. C. de dot. caut. non numer.* Et hanc, ſi maritus confeſſus ſit ſe recepiſse, poteſt excipere de dote cauta non numerata; ſcilicèt confeſſum ſe pro ſpe futuræ numerationis. *l. 1. & 3. C. eod.* Idque ſi matrimonium durauit biennio, poteſt opponi intra annum; ſi vſque ad 10. annos; poteſt opponi intra tres menſes; & lapſo decennio, non poteſt opponi. *Auth. quod locum.* C. *eod.* Verùm ſi maritus velit probare ſe non recepiſse dotem confeſsam, habet 30. annos
599 per viam actionis; actiones namque Ciuiles durant per 30. annos. *l. 4. 7. & 8. C. de præſcript. 30. vel 40. ann. Anton. Fab. 5. C. tit. 10. defin. 9.*

Dotis Hypotheca.

PRo ſoluenda,& reſtituenda dote, bona Dotantis & Recipientis dotem ſunt hypothecata. *l. vn. §. & vt plenius. C. de rei vxor. act l. in rebus.* 30. *C. de iur. dot.* Quæ
600 hypotheca non incipit, niſi à ſolutione dotis in illo, qui tenetur dotem reſtituere; nam ante traditionem dotis non eſt creditor dotis; ergo nec debitor, nec hypotheca, quæ aſſumitur pro ſecuritate crediti. *Bald. in. l. aſſiduis. C. qui potior. l. vn. §. 5. C. de rei vxor. act.* Licèt Hypotheca expreſſa inchoatiuè ſit à tempore contractus, in quo interponitur.

Sunt Hypothecata bona etiam minoris viri, vel Dotantis, quia hæc Hypotheca non
601 ab ipſo minore, ſed à lege, quæ neminem decipit, introducta.

Hypotheca eſt etiam pro Acceſſorijs; ſcilicet bonis Paraphernalibus, & Intereſse dotis. *l. ſi mulier* 14. *D. de iur. dot.*

Sunt etiam hypothecata bona ipſius vxoris,
602 etiam ſi dotem non promiſerit. *d. l. vn. § & vt plenius* ibi. *Siue alia pro his perſona.*

Prælatio Dotis

**ESt, vt pro dote recuperanda vxor præferatur omnibus creditoribus mariti; per
603 rei vindicationem bonis dotalibus extantibus. At in bonis viri per hypothecã; etiam ſi Anteriores habeant expreſſam hypothecam; ex *l. aſſiduis.* 12. *C. qui potior. in pign.* l. quia bonum Publicum præfertur bono Particulari. *l. ius publicum.* 38. *D.***

de

de pact. l. vtilitas 44. *C. de Primip. l. vn.* §. *hac autem. C. de cadu. tollen. auth. res quæ. C. commu. de lega.* Hypotheca dotis poſterior eſt ad bonum publicum. *l.* 1. *D. ſolut. matr.* ibi. *Reipub. intereſt dotes conſeruari.* Hypotheca anterior eſt ad bonum Priuatum. Ergo poſterior hypotheca dotis præfertur anterioribus. II. quia dos præfertur hypothecis anterioribus ad bonum Publicum, vt ſunt Tacitæ. Ergo fortiùs ante-
604 rioribus ad bonum Particulare, vt ſunt Expreſsæ. III. Patet; quia quando concurrit Dos cum creditoribus anterioribus expreſsam habentibus hypothecam, priùs amittunt Ius ſuum creditores habentes expreſsam anteriorem, quàm dos. Ergo dos præfertur creditoribus habẽtibus expreſsam anteriorem. Antecedens patet ex *l. ſatis notum.* 4. *C. in quib. cauſ. pign.* IV. probatur. Pleniſſimè conſultum eſt fœminis hac prælatione in. *l. aſſiduis.* 12. *C. qui pot. in pign.* Si tamen præferrentur tantùm tacitis non fuiſset pleniſſimè conſultum.

Nec I. Officit dotem exæquatam Fiſco. *l.* 1. *C. de priuil. Fiſc.* Nam *d. l.* correctam per *tex. in l. aſſiduis.* docet *Donell.* Vel intelli-
605 gitur quando concurrunt inter ſe; nàm ſi concurrant cum Tertio, dos præfertur Fiſco, vt in ambiguis pro dote contra Fiſcum decidamus. *l. non puto.* 10. *D. de iur. Fiſc.*

Nèc II. refert; Principem nõ tollere Ius Tertio quæſitum. *l. fin. D. de pact. l. ſi conſtante.* 19. *C. de donat. ant. nupt.* Et ſic nec tollere

quæſitum ius Anterioribus per hypothe-
606 cam expreſsam. Nàm id intelligitur ſine
cauſa; etenim cum cauſa ad bonum Pu-
blicum, vt eſt cauſa dotis. *l.* 1. *D ſol. matr.*
etiam ius quæſitum, licèt antiquiſſimum,
tollit, & pecunias à particularibus exigit.
Nèc III. refert vtentem iure communi præ-
ferri vtenti iure ſpeciali ſcilicet priuile-
gio. *l eius.* 34 §. 1. *D. de teſt. milit.* Sed ha-
bentes expreſsam anteriorem vtuntur iu-
re communi, *Qui prior in tempore.* Ergò
præferuntur. Nàm ma. eſt vera quando
actus æq; benè poteſt haberi iure cõmu-
ni, & ſpeciali; At ſi ſpeciale eſt pinguius,
& ad bonum publicum, ma. eſt falſa.
Nèc IV. refert prouiſionem hominis tollere
607 prouiſionem legis. *l. fi. C. de pact. conuen.*
l. & habet. 15. §. *cum quis D de precar.* Ergo
hypotheca expreſsa, quæ eſt ex facto ho-
minis, facit ceſsare tacitam, quæ eſt à le-
ge. Nàm I. id probaret etiam expreſsam
poſteriorem præferri doti II. Antecedens
currit ceſsante fauore publico, quo extãte
lex tollit diſpoſitionem hominis. *l. nemo.*
55. *D. de leg.* 1. *l. non dubium* 5. *C. de leg.*
Nec V. refert neminem ſine facto ſuo iure
ſuo priuari. *l. fin. D de pact. l. id, quod. l. non*
debet. 74. *D. de reg iur.* Et ſic nec debere
priuari iure hypothecæ expreſsæ facto
proprio quęſitæ. Nàm I. id probaret etiam
608 poſteriorem expreſsam pręferri. II. mai.
eſt vera niſi agatur de bono publico fo-
uendo, vt eſt dos. *l.* 1. *D. ſol matr.*
Hoc Priuilegium Prælationis eſt perſonale.

§. *fue-*

§. *fuerat*. ibi. *cuius ſolius prouidentia.* Et ſic tantùm conuenit Perſonis iure expreſ-
609 ſis, vt eſt vxor, eiuſque Filius; non verò competit creditoribus vxoris, nec hæredibus. *Auth. Vt exactione inſtante dotis. coll.* 7. ibi. *Non damus hoc priuilegium hæredibus, aut creditoribus, ſed ſolis filijs.*

Competit tamen (& in hoc non eſt Perſonale) nō ſolùm contra Nouercam, ſed etiam contra quoſcumque creditores. Patet ex
610 *d. l. aſſiduis*; vbi filius habet Priuilegium ità, ac ſi Mater viueret; vbi filius habet Priuilegium, quod conceditur Poſteriori; ſcilicèt Nouercæ, quod eſt expreſsè dicere verbis æquipollētibus; Præferatur quibus præfertur Nouerca, & præferebatur Mater, quæ omnibus anterioribus præferebātur. Ex quo corruunt cōgeſta à *Fabr.* de non extendendis correctorijs, niſi iure exprimatur; nàm iure id exprimitur ęquipollentibus verbis, quādo dicitur; *Habeat priuilegium Nouerca*. Inſuper correctoria extenduntur ad tollendam iniquitatem: at iniquum eſset pręferri Nouercæ, quam bono communi intereſt non eſse indota-
611 tā. *l.* 1. *D. ſol. matr. auth. res quæ. C. comm. de leg.* Et non præferri alijs anterioribus, qui non habent hypothecam ad bonum commune, & quibus ipſa Nouerca præfertur.

Materia Dotis

Eſt ipſa res data in dotem, quæ ſi non conſiſtat in Conſumptibilibus, ſed in Stabilibus non æſtimatis ad faciendam

em-

612 emptionem, remanet ſub dominio vxoris, trāslatis in virum, iuris diſpoſitione, quibuſdam dominij effectibus, iure adminiſtrationis, & conſumptionis fructuum; vt res Pupilli adminiſtrātur plenè à Tutore, licèt Pupillus remanſerit Dominus. Patet ex. *l. in rebus.* 30. ibi. *Naturaliter in eius permanſerint dominio.* C. *de iur. dot.*

613 Et quia talis dos eſt ſub periculo vxoris ſi caſu pereat. *l. ſi inter viſum.* 21. C *eod.* *l. plerunque.* 11. *l. cum poſt.* 70. *§. cum res. D. de iur. dot.*

Nèc I. officit, virum habere rei vindicationem dotis. *l. doce ancillam* 9. C. *de rei vindicat.* Et ſic eſse dominum dotis. Nām; habet rei vindicationem; quia iure ſunt translati in virum effectus dominij, & rei

614 vindicatio eſt dominij effectus; vt omittam; agere vt vxoris caput, & ſic loco vxoris nō agentis viuente viro niſi per virum.

Nèc II. officit *tex.* in *l. dotis fructum.* 8. *D. de iure dot.* ibi. *fiunt autem res mariti.* Nām fiunt viri quoad effectus dominij, qua ratione dos dicitur eſse mariti iuris ſubtilitate, non naturæ. *l. in rebus.* 30. C. *de iur. dot.* hoc eſt vi iuris diuidentis à dominio, & transferentis effectus illius in virum, remanente dominio penes vxorem.

Dotans

EST qui dotem promittit, vel dat; & hic, vel tenetur, vel liberè dotat. Tenetur *Pater* dotare filiam, etiam ipſo inuito, nu-

615 bentem digno intra annum 25. & indigno poſt annum 25. Nām iſtam exhære-

dare

dare nequit. §. *aliud quoque in fin.* ibi. *Si vero vſque ad* 15. *annorum ætatem. Auth. Vt cum de appell. cogn.* & *Auth. Sed ſi poſt. C. de inoff. teſtam.*

Tenetur dotare etiam filiam diuitem. *l. fin.* ibi. *Si vero, & ipſe ſubſtantiam idoneam poſsidet. C. de dot. promiſſ.* Dos enim non
616 eſt ſolùm loco alimentorum, cum ſit ad ſuſtinenda onera matrimonij; ſed eſt etiã loco legitimæ, etiam filiæ diuiti debitæ. *l. quoniam in prioribus. C. de inoff. teſtam.* Et ideò, etiam ſi filia iam ſit maritata, vt legitima, ita & dos ei debetur: Nàm Parentes *coguntur in matrimonium collocare, & dotare,* vt loquitur *text. in. l. qui liberos. 19. D. de rit. nupt.* Et ſic vno onere collocandi deficiente remanet aliud dotandi. *Ripa in. l. 1. D. ſol. matr.*

Mater tenetur dotare in ſubſidium. *l. neque mater. 14. C. de iur. dot.* Et ſi ſit Hæretica
617 etiam per ſe *l. cognouimus. 11. §. ſed ne videamur. C. de* Hæret.

Frater ex bonis communibus etiam tenetur. *l. cum plures. 13. §. cum tutor. D. de admin. tutor.*

Tutores, & *Curatores* etiam tenentur dotare; ſuccedunt namque in paternum officium. *l. tutor. 22. D. de admin. tutor.*

Dotare autem liberè poteſt quilibet habens liberam ſuarum rerum adminiſtrationem:
618 Et ipſa vxor ſeipſam dotare poteſt. *l. mulier. 73. 75. D. de iur. dot.* Et ſecundò nubens, ſecundo viro cenſetur dediſſe non primam, ſed congruam dotem. *l. dotis. 3.*

l. qua-

l. quaro. 61. *D. de iur. dot.* Vir autem non
619 poteſt dotare, ſicuti nec poteſt donare
ſuæ vxori intuitu matrimonij. *l. ſi quis
vxori.* 60. *D. de donat. int. l. quod ſponſa.* 4.
C. de donat ant. nupt. excepta legitima
cauſa inæqualitatis, iniuriæ illatæ, &c. *c. 1.
de adult.*

DE MANDATO.

Mandatum cōtractus, quo quis ſe obligat ad aliquid exercendum pro alte-
620 ro gratis *l. inter.* 26. *l. ſi quis.* 27. *D. mand.*
Debet eſſe gratis ad differentiam locationis. *l. 1. §. mandatum, niſi gratuitum nullum eſt. D. mand* Non poteſt inſpicere tantùm commodum mandatarij, ſed ſem-
621 per debet includere cōmodum alterius, vel tertij, vel mandantis. *l. mandati.* 2. *l. ſi remunerandi.* 6. *§. ſi tibi. D. mand.*

Diuiditur in *Speciale, Generale, & Mixtum.*
Speciale aliquam rem particularem reſpicit. *l. ſi Procurator.* 10. *C. de Procurat.* Ge-
622 nerale eſt ad omnia negotia, vel ad omnes lites *l. ſi quis pro.* 46. *D. mand.* Quod non includit ſpecialia. *c. qui ad agendum.* 4. *de Procur. in* 6. *l. Iuſiurandum.* 17. *in fin. D. de iur. iur. l. Procurator.* 63. *D. de Procurat.* Niſi ſit cum plena, & libera poteſtate. *d. l. Iuſiurandum.* Mixtum vtrumque complectitur.

Diuiditur etiam in *Expreſſum, & Tacitum.*
Expreſſum exprimitur aliquo ſigno; Tacitū ex coniecturis inducitur. *l. 1. D. mand.*

l. ſi

l. ſi fideiuſſor. 6. C. mand.

Mandatum implẽdum in proprijs terminis;
623 ita vt non excedantur fines mandati. *l. diligenter. 5. D. mand.* Et ſeruanda eſt forma præſcripta mandato *l. 3. l. ſed proculus. 4. l. ſi quis 46. D. mand.* Poteſt tamen mandatarius meliorare conditionem mandan-
624 tis ex tacito mandato, & poteſt facere quidquid antecedit, intercedit, ſequitur mandatum. *l. cui. 2. D. de iuriſd omn. Iud. l. Ad rem mobilem. 56. l. & legatum. 62. D. de Procur.* Et impotens implere man-
625 datum, vt extat, poteſt implere per æquipollens. *l. fin. § fin. D. mand.*

Reuocatur I. Mandatum morte naturali, & Ciuili mandantis, vel mandatarij re integra. *l. inter. 26 l. ſi præcedente. 58. D. mand. Clem. fin. de Procur. l. ſi quis. 27. §. morte. D mand.*

Perſeuerat tamen mortuo mandante, ſi tranſgrediatur natura mandati, vel fauore piæ
626 cauſæ, dotis, libertatis, pacis. *c. qui exijt. § in eo. de verb ſign. in 6. l ſi ego 9 D. de iur. dot.* Vel ſi mandatum neceſſariò ſit exequendum poſt mortem; puta de cõſtruendo ſepulchro *l ſi verò 12 § fin. D mand.*

II. Reuocatur mandatum ex voluntate expreſſa, vel tacita mãdantis notificata Mandatario, qui debet ſeruari indemnis. *l ſi quis. 27. §. ſi ſeruum D mand.* Et ſi ſit me-
627 rum mãdatum poteſt re integra, voluntate ſolius mandantis reuocari; quaſi renunciet fauori ei à Mandatario elargiendo, gratis exequendo mandatum. *l. ante*

litem.

litem.16.D de Procur. l.Si verò 12.§.pen. l.ſi quis.27.§.ſi ſeruum.D.mand.

Quaſi contractus

Est obligatio nata ex cauſa, ſine contractu, delicto, quaſi delicto; vt eſt Tute-
628 la ex qua pullulat obligatio inter pupillum, & tutorem quocumque præciſo contractu, delicto, & quaſi. *§.Tutores.Inſtit.de obligat. ex quaſi contra.*

Quaſi contractus eſt etiam ex communione bonorum, præciſo omni pacto tacito, & expreſſo. *l. 5. D.commun.diuid.* Ex quaſi contractu etiam inter hæredem, & legatarium, hæres legatarijs obligatur omni ſemoto pacto; Et indebitũ recipiens obli-
629 gatur reſtituere ex quaſi contractu.

Negotiorum geſtor, etiam ex quaſi contractu, obligatur illi, cuius negotium ſuſcipit exequi vtiliter remoto mandato; poteſtq; repetere impenſas factas vtilitèr, nè ex of-
630 ficio gratis, & vtilitèr exhibito damnificetur. Tenetur ex culpa lata; ſed ſi excluſit diligentiorem, ex culpa etiam leuiſſima. *l.ſi pupilli.6. §.videamus. D.de negot. geſtis.*

TOLLITVR OBLIGATIO.

Dictis, diſſoluendæ obligationis modi accedunt. Et.I.

Solutio

Est formalis debiti extinctio ſolutione eius quod debetur. *l.nulla. 5. C. de ſo-*
631 *lution.* Vnum pro alio ſolui non poteſt

inuito

inuito creditore *l.eum à quo.16. C. de ſolution.* Qua ſolutione extinguitur debitū acceptante creditore etiam inuito debitore, cum nequeat exiſtere debitor ſine creditore. *l.manifeſti.17.C.de ſolut. l.ſolutionem.23.D de ſolution.*

Solutio debet fieri creditori principali non
632 carenti adminiſtratione. *l.nihil intereſt.14. l.inuito. 12.C.eod.l ſolutam.49.D.de ſolution.* Sicque nequit fieri Amenti, vel Religioſo, ſed Curatori,& Monaſterio nomine amentis creditoris. *l.ſi ſtipulatus.9. D.de ſolution.*

Creditore principali inuito,poteſt ſolutio fie-
633 ri perſonæ deſtinatæ tempore initi contractus.*l ſi ſtipulatus.11.l cum quis.38.D. de ſolution.*

Debitor liquidus nequit ſoluere partem cre-
634 ditore inuito; quia hoc affert damnum. *l.planè.3.D.famil.erciſc.l.cum fundus.35. §.quod ad.* ibi. *Pretium ſolidum.D.de reb. credit.l.ſolutum.11. D. de pignorat.action. l.obſignatione.9. C.de ſolution. l.2.C.debitor.vendit.pignor.*

Poteſt tamen ſoluere liquidum omiſſo illi-
635 quido inuito creditore. *l.quidam.21.D. de reb. cred. l. permittendum. 8. D.ſi pars hered petat.*

Ex pluribus creditis, in dubio, duriori ſatis-
636 factum cenſetur. *l.1. l.3.l.cum ex pluribus. 97. D. de ſolution.* Et oſtendens ſolutionem vltimi anni, præſumitur anterioribus ſatisfeciſſe *l.quicumq;3.C.de apoch. publ.lib.10.Grat.cap.716.n.12.*

Datio inſolutum eſt, quando debitor dat ſuo
637 creditori rem pro eo, quod ſoluere tenetur; Dicitur *Voluntaria*, ſi conſentiat creditor; ſi verò diſſentiat, dicitur *Neceſſaria* facta authoritate Iudicis, ſi res vendi nequeat iuſto pretio. *Auth. Hoc niſi.* C. *de ſolution.*

DE ACTIONIBVS

Actio ius proſequendi in iudicio, quod ſibi debetur. *l. nihil aliud.* § o. *D. de act.*
638 *& oblig.* Tò *ius* eſt idem, ac poteſtas. *l.* 1. ibi. *Agendi facultas. D. de eo, quod certo loc.* Quæ poteſtas data eſt iure Gentium. *l. Ex hoc iure.* 4. *D. de iuſt. & iur.* vel Ciuili. *l.* 2. §. *deinde. D. de orig. iur.* Quo iure contractus obligationeſq; introductæ ſunt; aliàs inutilis fuiſſet obligatio. Ly *Proſequendi* eſt ad differentiam exceptionis repellentis intentionem Actoris. *l.* 2. *D. de except.* Ly *in iudicio* excludit actus extraiudiciales præcipiendi, exigendi, &c.

Quod ſibi debetur, ſcilicet quoad dominium,
639 poſſeſſionem, vſum, intereſſe in re, vel in perſona. *l. pecunia.* 178. *D. de verb. ſign.* Vnde euaneſcit oppoſitio; rem noſtram nobis non deberi. *l. Quintus.* 29. §. *Argento. D. de aur. & arg. leg.* Et tamen res noſtra petitur actione reiuindicationis; ergo falsũ eſt actione peti, quod Actori debetur; *nam* poſſeſſor tenetur rem domino reſtituere quoad poſſeſſionem.

Nec dicas Actio popularis non petit, quod
ſibi

640 ſibi, ſed quod communitati debetur. *l. 1. D. de popular. action.* Nam ei debetur, vt pars communitatis. Similiter actione iniuriarum Actori debetur ſatisfactio, & vt iniurians puniatur. *l. pœnales. 32. D. ad l. falcid. l. auxilium. 38. D. de minor.*

Quadruplex, iuxta quatuor genera cauſarũ. Ratione *materiæ*, alia *perſonalis* oriens ex contractu, & quaſi; ex delicto, & quaſi. *l. actionum genera. 24. D. de act. & obl.* quia
641 per ſe primò perſona obligatur, licèt etiam ad res vt acceſſorias ſe extendat. *l. nemo. 2. C. de exact. trib.* Et eſt *Natiua*, quæ naſcitur ex contractu. *Datiua*, quæ datur à lege, vt in obligatione merè naturali datur actio ex. *l. vn. C. de rei vx. act.* Alia *Realis*, quę naſcitur aliunde. *d. l. actionum genera.* 24. quæ rem ſequitur. *l. 1. D. ſi cert. pet.* Alia *Miſtæ*, quæ participat ex vtraque, vt actio familiæ erciſcundæ, cõmuni diuidundo; &c.

Ratione cauſæ *Efficientis.* Alia *Prætoria*, alia
642 *Ciuilis*, alia *Iuriſgentium. d. l. actionum genera.* Ratione finis, alia *Perſecutoria rei*, alia *Perſecutoria pœnæ*, alia *Miſtæ*. Ratione *Formæ*, alia *Bonæfidei* ſequens æquitatem, alia *Stricti iuris* ſequens rigorem; de quibus in. *§. actionum. Inſtit. de act.* Et plures actiones cumulari ſimul valent in eodem libello. *l. ſi idem. 11. D. de iuriſd. om. iud.* niſi inter ſe opponantur. *l. 1. C. de furt.* quibus poſitis, ſingulas actionum ſpecies percurramus.

Rei vindicatio

ACtio *realis* ciuilis data domino ad petendam rem corporalem à quocunque
643 detentore, poſſeſſore, quaſi poſſeſsore. *l.1. l.officium. 9. l.quod ſi.23. l.ſin autem.* 28.D *de rei vind. d.l. actionum genera.* 24. Tò *domino* includit dominum directum, vtilem, ſuperficiarium, feudatarium, emphyteutam,&c. Probato tamen dominio. *d.l.actionum genera l.ſi mancipium.*23. *l. re tua.*18.*l.iudicia.* 19.*C.de rei vind.l.ſuperficiario.*74 *D.eod.*Per Tò *quaſi poßeßore* explicatur, qui dolo deſinit poſſidere. *l. quod ſi dolo.*23.*l.is qui.*26 *l.ſin autem.* 28. §.*ſed & is D.de rei vind.*

Res hac actione petenda debet eſſe certa, ſeu
644 certificabilis,deſignanda in ſpecie, qualitate, numero, menſura,&c. *l.idem Pomponius.*5.§ *ſi plures. l.ſi in rem.*6. *D. de rei vind.* Et hac actione petuntur fructus,acceſſiones, expenſæ,&c. *l. vtique.*16. *l.praterea.*20. *l.idem* 35.*l.fructus.*45.*D.eod.*

Confeſſoria

ACtio realis ciuilis competens alicui ad petendam ſeruitutem ſibi, vel fundo ſuo debitam contra quemlibet impedien-
645 tem eius vſum. *l.de ſeruitutibus.*2. *l.horum.*7. *l.egi.*12. *D. ſi ſer.vind.* Quæ competit pro omni iure incorporali,etiam pro petendis decimis,vna cum damnis,fructibus, & intereſſe contra quemcumque impedientem, ſiue poſſeſsorem, ſiue quaſi poſſeſſorem rei, ſiue extraneum. *l.ſi quis.* 10.§.*agi.D.eod.l.vti frui.*5.§.*vtrum.l.fin.*

D ſi

D.ſi vſufr.pet. Et actor debet probare ſer-
646 uitutem conſtitutam, & turbationem factam. *l.altius.8.C.de ſeruit.& aqua.*

Duplex *Directa* data dominis plenis, vel directis prædiorum. *l.1.2.D.ſi ſeru.vind.* *Vtilis*, data quaſi dominis, vel habentibus dominium vtile. *gloſ.in.l. hi qui. 16. D. de ſeruit.*

Negatoria.

ACtio realis ciuilis competens domino directo, vel vtili, eiuſque hæredibus contra volentem introducere ſeruitutem,
647 eiuſque hæredes. *l.loci.4.§.competit.D.ſi ſeru.vind.* Et Actor debet probare tantùm ſe dominum prędij, quo probato excluditur ſeruitus; quia ſemper prædium præſumitur liberum. *l.Altius.8.l.ſi in.9.C.de ſeru.& aqua.* Et intentatur hæc actio, ne introducatur, & introducta ſeruitus tollatur; petēdo fructus, expenſas, intereſſe, &c. *d.l.loci 4.*

Ex ciuilibus tranſeamus ad Prætorias, quæ honorariæ dicuntur. *l.in honorarijs.34.D.*
648 *de action. & oblig.*

Publiciana.

A Publicio Prætore inuenta, eſt actio realis Prætoria data illi, qui cœpit, & non perfecit vſucapionem contra quemcunq; Poſseſsorem, Detentorem, & quaſi Poſſeſſorem. *l.1.2.3. D.de public. in rem act.* Vt enim *rei vindicatio* iure ciuili datur domino contra quemcũque poſſeſsorem, &c.
649 ità *Publiciana* iure prætorio datur illi, qui cœpit legitimè, ſcilicet titulo bonafi-

de, &c. vſucapere, ſi non dum perfecit vſucapionem contra quemcunque poſſeſſorem. *l.1.& to.tit. D.de publ.in rem act.*

Reſciſſoria

Est actio Prętoria realis data iuſtè abſenti ad reſcindendam vſucapionem factam pendente tempore legitimæ abſen-
650 tiæ; non enim videbatur æquum pendẽte abſentia legitima probabili, vt quis irrecuperabiliter amitteret iura ſua, & ſic poſtquã rediję hac actione reſcindit vſucapionem, habita prius reſtitutione in integrum intra quatuor annos ex clauſula
651 generali *Si qua mihi iuſta cauſa. l.fin. D.de reſt.in integ.*

Pauliana

Dicta à Paulo eſt actio, qua reuocatur alienatio facta in fraudem creditorũ. *l.1.2.3.& tot.tit.D.quæ in fraud.l.1.C.eod.* Et datur creditoribus.*l.1.D.eod.* Duratque per annum vtile. *l.ſi actu.9. C.de reuocan.*
652 *ijs.*

Reuocatur omnis alienatio facta in fraudẽ, ne fraus patrocinetur. *l.1.D.de dolo,malo.* Siue inter viuos, ſiue in vltima voluntate; ſiue titulo oneroſo,ſiue lucratiuo. *l.1.2.3. l.ait.*10.*D.quæ in fraud.*Sed ex titulo oneroſo requiritur fraus ex parte dantis,& accipientis.*l.ait Prætor.*10.§.*quod ait.D.eod.* Ex titulo lucratiuo ſufficit fraus ex parte dantis.*l.ignoti.*5.*C.de reuocan.ijs.l.qui au-*
653 *tem.6.§.ſciendum.D.quæ in fraud.*Et diſparitas eſt; quia habens titulo lucratiuo; licèt in bonafide debet reſtituere rem ex-

tantem

tantem, vel in quo factus eſt locupletior; at habens titulo oneroſo, ſi eſt in bonafide non eſt factus locupletior; meritò non reſtituit, & vt reſtituat debet eſse in frau-
654 de; ſcilicet ſcire rem alienatam in fraudem *l. qui autem.* 6. §. *ſciendum. D. quæ in fraud.* Vt omittamus dicere, quod præferatur agens de damno vitando agenti de lucro captando. *d. l. qui autem.* 6. §. *ſciendum. l. fin* §. *ſi à ſocero. D. quæ in fraud.*

Reuocata alienatione omnia reſtituuntur in integrum. *l. ait Prætor.* 10. §. *partum.* ibi. *Reſtitutionem fieri oportere in priſtinum*
655 *ſtatum. D. eod.* Et reuocatur etiam alienatio facta fauore pupilli, dotis. *l. qui autem.* 6. § *ſciendum. l. ait Prætor.* 10. §. *ſi cum mulier. l. Hac in factum.* 14. *D. eod.* Sed ſi maritus ignoret fraudem, cum ſit titulus
656 oneroſus, non moleſtatur, niſi ſoluto matrimonio. *d. l. fin.* §. *ſi à ſocero.*

Ceſsat autem reuocatio ſemper, ac debitor non minuit Patrimonium. *l. quo autem.* 6. *D. quæ in fraud.*

Seruiana

Dicta à Seruio Prætore, eſt actio realis Prætoria data domino pro petenda penſione in rebus inuectis in fundum cō-
657 tra Colonum, & Inquilinum. *l. in prædijs* 7. *D. in quib. cau. pign. l. certi iuris.* 5. *C. de locato.*

Sunt hypothecata pro penſione, damnis factis in fundo, intereſse, &c. omnia bona, etiam aliena inuecta in fūdum perpetuò; hoc eſt, vt ibi ſint toto tempore conductionis,

658 ctionis. *l. certi iuris. 5. C. locati.*

In prædio Vrbano ſunt hypothecata omnia, etiam ignorante domino prædij inuecta. *d. l. certi iuris.* In prædio verò ruſtico tantùm ſunt hypothecati fructus, & bona inuecta ſciente domino. *l. in prædijs. 7. §. fin. D. in quib. cau. pign. l. ſi in lege. 27. l. qui fi-*
659 *deiuſſor. 56. D. locati.* Idque quia in Ruſticis huiuſmodi ſufficiunt pro ſoluenda penſione; in Vrbanis, ſi etiam ignota non eſſent hypothecata, nota, vt plurimũ ſuppellex, quæ non eſt hypothecata, non ſufficerent pro penſione.

An autem inducta in prædium ruſticum ſint tacitè hypothecata pro penſione; affirmamus. I. *ex §. ſeruiana. 15. inſtit. de action.* vbi indiſtinctè loquitur. II. *ex l. in prædijs. 7. D. in quib. cau. pign.* vbi loquitur de prædijs ruſticis; & ait intra horreum inuecta,
660 vt *perpetuò ibi ſint*, eſſe tacitè hypothecata. *l. ſi horreum. 3. D. eod.* Vbi inuecta in horreum (quod pro frugibus retinendis, aſſeruandis conſtruitur, & eſt prædium ruſticum) ſunt tacitè hypothecata, & gratis *Harpprec.* ſuſcipit pro prædio Vrbano, cuius impropria acceptio eſt. *l. 3. D. de off. Præf. vigil. l. 74. D. de contrah. empt.* Verba enim ſecundùm communem vſum accipi debent. *l. fin. C. in quib. cau. pign.* vbi indiſtinctè inuecta ſunt hypothecata. III. *ex*
661 *l. certi iuris. 5. C. de locat. vbi,* quæ ſciente domino in ruſtico, & quæ etiam ignorãte in Vrbano ſunt hypothecata, nec alia diuerſitas aſſignatur. *Salic. in d. l. certi iur.*

contra

contra Donell. & *Harppr. in §. ita ſeruiana n.12.*

Nec obſtat.*l.eo iure vtimur,vt qua in prædia Vrbana inducta, & illata ſunt pignori eſſe credantur,quaſi id tacitè conuenerit; in ruſticis prædijs contra obſeruatur.* 4. D.*in quib.cau.pign.l.item quia.4.D.de pact.*

Nam reſpõdetur *cum gl. in d.l.item u.in Vrbanis.* Non eſse tacitè hypothecata inuecta in prædium ruſticum eo modo, quo hypothecantur inuecta in Vrbanum, ſcilicet ignorante domino; ſed tantùm domino ſciente. *d.l.certi iuris.5. d.l.item.4. d.l.eo iure.*

Nec obſtat II. *cum Happr. loc. cit. l.ſi non inducta. 5. C. in quib. cauſ. pign.* cum tantùm ibi dicatur mancipia non inuecta, nec illata in fundum non eſse hypothacata, nec poſse exigi ex illis penſio; niſi ſpecialiter fuerint hypothecata: ita vt nec ſufficeret generalis expreſsa hypotheca; nec apparet ibi loqui de inuectis

662 animo, vt ibi perpetuò ſint.

Hypothecam tacitam currere etiam in bonis ſubconductoris prędij Vrbani, & Ruſtici.

Patet *ex.l.ſolutum.11.§.ſolutam.D.de pign. act.l.Pomponius.5.D.in quib.cau.pign.*nec officit.*l.ſi in lege.27.§.ſi Colonus locauerit fundum res poſterioris conductoris domino non obligantur. D.locati.* Nam ibi non eſt ſermo de bonis inuectis à ſecundo cõductore: & accedit,ibi loqui de rebus conductoris ſecundi inuectis domino ignorante. *l. certi iuris. 5. C. de locato.*contra

Harppr.

Harppr. hic. nu. 13. *Menoch. adipiſ. remed.* 3. *nu.* 99. concedentes in Vrbanis, negantes in Ruſticis ſubconductoris bonorum inuectorum hypothecam.

Quaſi ſeruiana

ACtio realis Prætoria data creditoribus pro petenda re hypothecata à quouis
663 Poſseſsore. *l. ſi debitor.* 12. *C. de diſtract. pign.* Et eſt idem, ac hypothecaria, ac vti-
664 lis ſeruiana; vbi nobis aperitur via ad delibandum concurſum creditorum.

De concurſu creditorum.

MOrtuo Debitore, creditores petunt, quod eis à defuncto debetur; & ſic inſtant pro ſatisfactione in bonis, ad quam
665 hæres non tenetur vltra vires hæreditatis facto inuentario. *l. fin. C. de iur. deliber.* Quod ſi bona ſufficiant, ceſsat omnis lis; ſi verò non ſufficiant, tunc inter creditores de prelatione contenditur. Creditores alij *Hypothecarij*; alij *Priuilegiati ex cauſa*; alij *ſine omni priuilegio*, quos *Chartularios perſonales* dicimus. Singulos ex-
666 pendimus.

Hypothecarij

HAbent regulam inter ſe, *Qui prior in tempore, potior in iure*; hoc eſt ille, cui bona ſunt ante obligata prefertur illi, cui deinde bona fuerunt obligata; idque currit indiſtinctè in omnibus hypothecarijs Generalibus, Specialibus, Mixtis, Tacitis, Expreſsis, Abſolutis, non ſolùm pro ca-
667 pitali; ſed etiam pro intereſse, quod ſequitur principalis debiti anterioritatem.

l. ſi

Digitized by Google

l.ſi pignus. 8. *l.ſi & iure.* 10. *l.Potior.* 11. *D.qui pot.in pign. l.Grege.in fin.* 13. *D.de pign.l.quicunque.* 5. §. *non tamen.D. de inſtit. Act.* Et notaui ad *Gallupp. de priuileg. Credit.n.4.*

Si Creditor anterior habeat hypothecam Generalem, & Specialem, & poſterior tãtùm Generalẽ, non poteſt hic ab anteriori moleſtari, ſi hypotheca ſpecialis ſufficiat pro ſatisfactione Anterioris ex regula. *l 2.C. de pign.* Quia .ſ. id non nocet Anteriori, & Poſteriori prodeſt. *l.ſi pignus.* 8. *D.qui potior. in pign.* Niſi in Anteriori Hypotheca mixta adſit clauſula, vt *Generi per ſpeciem non derogetur*, ſcalicèt, ne hypothecæ Generali per Specialem, nec Speciali per Generalem derogetur; tunc enim pro libito Anterior Creditor valet petere ſatisfactionem in omnibus, & ſingulis bonis Debitoris generaliter, & ſpecialiter obligatis. *Franc. dec.* 5. *Put. dec.* 38. nec tunc requiritur excuſsio ſpecialis hipothecæ, quia ſi itá eſſet, ſpecialis derogaret Generali *l.Creditoris.* 8. *D.de diſtr. pig. Ant.Fab.* 8. *C.tit.* 6. *defin.* 8.

668

669

670

Et emptor iuris anterioris Creditoris præfertur poſteriori; etiam pro tertijs decurſis, & decurrendis; quia ceſſione actionum non cenſetur extinctum ius; ſed trãſlatum. *l.ſi potiores.* 24. *C. de his, qui in prior.cred.loco.* Etiam ſi pecunia ſit data debitori, vt ea tollãtur Credita anteriora facta ceſſione Iurium. *l.Modeſtinus.* 76. *D. de ſolut. l.ſi ventri.* 8. *D.de priuil. credit.*

671

672

Pe

Pecunia ſoluta poſteriori creditori bonæ ſi-
673 dei, ſi ſit conſumpta, non debet reſtitui Anteriori, niſi poſterior factus ſit locupletior. *l. Bonæ fidei. 48. l. qui bona fide.* 23. *D. de acquir. rer. dom.* Nàm, res conſumpta deſinit eſſe hypothecata; cum ceſſet hypotheca deſtructa re. *Menoch. lib. 1. conſil. 25. n. 1.*

Si verò ſit poſterior in mala fide tenetur re-
674 ſtituere, etiam conſumptam. *Afflict. dec. 190. Capyc. dec. 98.* Reſtituta autem pecunia ſoluta cum fideiuſſione de reſtituendo, non reſtituitur intereſſe; nàm hoc nõ
675 debetur, niſi ex mora culpabili. *Sanfelic. dec. 8. de Ponte. lib. 2. conſ. 19.*

Nunquam verò anterior poteſt reuocare ſolutionem factam poſteriori Creditori, niſi excuſſis bonis principalis Debitoris. *Auth. hoc ſi debitor. C. de pignor. de* Marin. *alleg.* 145. Quæ excuſſio ceſſat, quando adeſt clauſula Conſtituti, & Præcarij. *l. fin. C. de acquir. poſſeſſ.*

Hypothecarij cum prælatione,

QVi præferũtur alijs hypothecarijs anterioribus, licèt ſint tẽpore poſteriores, vt I. Dos. *l. Aſſiduis. 12. §. cum enim C. qui*
676 *potior. in pig.* II. Fiſcus *l. 2. C. de priuileg. Fiſci.* III mutuans ad refectionẽ domus in illa præfertur. *§. his conſequens. Auth. de Aequalit. dot. collat. 8.* IV. mutuans ad refectionem, vel emptionem nauis in illa præfertur. *d. §. his conſequens. l. Interdum. 5. l. huius. 6. D. qui potior. in pign.* V. Pupil-
677 lus in re empta ſua pecunia à Tutore ha-

habet rei vindicationem;ab extraneo, habet hypothecã cum prælatione. *l. Idemq; ait. 7.l quam quis.17.C.de pignor. l.3. D. de reb.eor.*

Priuilegiati ex cauſa

QVi habent creditum ex titulo ad bonum publicum, vel priuatum conducens,vt pro Expenſis funerum, Alimẽtis
678 &c. in quibus currit regula *melior cauſa præfertur*.Iſti Creditores priuilegiati,aliqui ſunt iure expreſſi, aliqui non ſunt expreſſi. Qui iure exprimuntur præferuntur iure non expreſſis; vt ſunt I. Expenſæ funerum;nàm eſt ad bonum publicum, &
679 pium cadauera ſepeliri. *l. ſunt perſona. 43. D.de relig. & ſumpt.* II. Creditores ex depoſito re conſumpta; nam eſt ad bonum publicum fidem publicam ſeruare.*l.ſi ventri.8.D.de priuil.credit. l.quod priuilegiũ. 8.D.depoſ.* III. Dos data ſponſæ de futuro,
680 quæ habet priuilegium cauſæ, quia eſt ad bonum publicum mulieres non eſse indotatas. *l.1. D.ſolut.matrim.* IV. Expẽſæ pro valetudine,ſerendo,&c. *l.ſi hominẽ. 7.§ quoties.l.8.in fin. D.depoſ.*

Deinde veniunt aliæ cauſæ priuilegiatæ, in
681 quibus Iudex habet arbitrium rationabile, vt videat, quænam cauſa ſit melior,& qui ſunt eiuſdem cauſæ ſimul concurrunt. *l.priuilegia 16.* ibi. *Eiuſdem tituli. D.de priuil. credit. d.l ſi hominẽ.* In dubio verò;
582 quæ cauſa ſit melior diuidatur; cũ vnus creditor non habeat maius ius,quàm alter.

Chirographarij.

IN iſtis currit regula *Diligentior præfertur. l. qui autem. 6. §. ſciendum. l. pupillus. 24.*
683 ibi, *Vigilaui, meam cõditionem meliorem feci, ius ciuile vigilantibus ſcriptum eſt. D. quæ in fraud. Capyc. dec. 194. nu. 45.* Et æquè diligentes, æquè admittuntur.

Concurſus omnium.

DOmini ante omnes accipiũt bona propria; quia in illis nequit fieri concur-
684 ſus, qui fit in bonis debitoris *l. ſi ventri. 8. D. de priuil. credit.*

Hinc dominus prædij ruſtici locati non præfertur pro penſione creditoribus anterio-
585 ribus in fructibus per rei vindicationem, vtpotè in re propria; nam dominus fundi locati non eſt dominus fructuum; cum habeat in illis hypothecam. *l. qui fideiuſſor. 56. D. locati. l. in prædijs. 7. D. in quib. cau. pign.* Et nemo habet hypothecam in re propria. *l. neque pignus. 46. D. de reg. iur.*

Dices I. condictio furtiua datur ſoli domino rei. *l. in re. 1. l. eum qui. 14. § qualis. D. de condic. furt. Verde Panton. lib. 4. n. 110.* Sed
686 Dño fundi locati datur cõdictio furtiua pro fructibus à fure ablatis *. l. cũ in plures. 63. §. meſſem. D. locati. l. ſi quis vxori. 53. §. ſi ſulphuraria. D. de furt.* Ergo dominus fundi eſt dominus fructuum.

Reſpondetur diſtinguo maiorem; condictio furtiua datur ſoli domino, vel proprietatis, vel fructuum, concedo; tantùm proprietatis, & fructuum, nego maiorem. Sed diſtinguo minorem; dominus fundi habet

con-

687 condictionem pro fructibus, & eſt dominus proprietatis, concedo, & eſt dominus fructuum, nego minorem cum conſequentia; cum enim ſit dominus proprietatis ſufficit, vt fructuum habeat condictionem furtiuam.

Dices II. Obſtat. *l. ſi Apes. 26. §. item conſtat*
688 *colonum, qui nummis colit cum eo, qui fructus ſtantes furto ſurripuerit acturũ furti, quia vt primũ decerpti eſſent eius eſſe cœpiſſent. D. de furt.* Ergo ante perceptionem non erant coloni; Ergo erant domini fundi.

Reſpondetur quòd, cum poſterioribus legi-
689 bus fuerit cõſultũ domino prædij hypotheca pro penſione, fuit ab ipſo in illis fructibus ſibi hypothecatis ablatum dominiũ. *d. l. neque pignus*; & tranſlatum in colonũ, etiam ante perceptionem, licèt ſi nõ fuiſſent domino fundi hypothecati pendentes fructus tanquàm partes fundi fuiſſent domini, & colonus ipſa perceptione fieret dominus.

Dices III. Dominus fundi locati habet prælationem pro penſione in bonis inuectis in
690 fundum; ergo etiam in fructibus pendẽtibus, qui ſunt coloni, & ſunt in fundo.

Reſpondetur concedo antecedens; diſtinguo conſequens; ergo habet prælationem in
691 fructibus per rei vindicationem iure dominij, nego; habet prælationem prout ſunt bona coloni, quæ ſunt in fundo, tranſeat conſequentia.

II. Loco admittuntur creditores ex cauſa fu-

nerum, qui præcedunt omnes etiam hy-
pothecarios expreſſos cum prælatione. *l.*
impenſa. 45. *D. de relig. Capyc dec.*84. Et
692 impenſa comprehendit quidquid pro
defuncto mortuo, & ægro fit vnà cum
veſtibus lugubribus. *l. legatum.* 3. *C. de*
*Relig. & ſumpt. l. At ſi quis.*14. §.*funeris.*
D.eod.

III. Loco veniunt creditores hypothecarij
cum prælatione cum regula, *qui prior in*
tempore, potior in iure. *l.creditor.*12. § *ſi*
primus.D.qui potiores. IV. Loco admittũ-
693 tur omnes hypothecarij cum eadem re-
gula. V. Veniunt priuilegiati ex cauſa; in
quibus *melior cauſa præfertur*. Et vltimò
veniunt Chartularij cum regula, *Diligen-*
tior præfertur.

Ex realibus Prætorijs actionibus ad Præto-
694 rias perſonales tranſeamus.

Actio conſtitutæ pecuniæ.

ACtio Prætoria perſonalis data contra
illum, qui ſe ex pacto nudo conſtituit
principaliter ſoluturum pro debito pro-
prio, vel alterius. *l.*1. *l.Receptitia.*2. *C.de*
695 *conſt.pec.l.vbi.*28. *D.eod.* Quæ prius ap-
pellabatur *receptitia*; & eſt ex ſpeciali le-
gis fauore, cum regulariter ex pacto nudo
nõ oriatur actio. *l.Iuris gentiũ.*7.§.*ſed cũ*
nulla.D.de pact. Et durat per triginta an-
nos.*d.l.Receptitia.*2.

Differt a fideiuſſione, conſtituta pecunia (ip-
ſum, ſcilicet, pactum nudum, quo quis cõ-
ſtituit ſe ſoluturum), cum conſtituta pe-
696 cunia poſſit eſſe etiam pro proprio de-
bito

bito, & non habet excuſſionē principalis; nam hic principaliter obligatur. Fideiuſſio verò ſemper eſt pro alieno, & habet excuſſionem principalis.

Non habens adminiſtrationem rerum ſuarū nō poteſt eſse conſtituens; nec poteſt quis ſe conſtituere ſoluturum plus, quam ſit
697 debitum. *l.* 1. §. *debitum. l. quod ſi.* 3. *D. de conſt. pec.* Licèt poſſit ad ſtrictius ſe obligare. *l. ſed etſi.* 4. *l. eum. qui.* 5. *D. eod.*

Actio de peculio.

ACtio Perſonalis Prætoria data contrahentibus eiuſque hæredibus contra Dominum, & Patrem eorumque hæredes, ex contractu facto à Filio fam. vel Seruo, pro rata peculij Profectitij, vel Aduenti-
698 tij. *l.* 1. *D. de pecul.* debet tamen contractus redundare in commodum Patris fam. vel Domini non contradicentis; nàm tunc cenſentur in contractu conſentire; & hæc actio durat, quandiù filius, vel Seruus eſt in poteſtate Patris, vel Domini, ſoluta verò poteſtate durat per Annum. *l.* 1. *D. Quando de pecul. act.*

Si verò Filius, ſeu Seruus, ſit Impubes non conuenitur Pater, vel Dominus, niſi in
699 quantùm factus eſt locupletior. *l. cum Ancilla.* 11. *C. quod cum eo.* vbi *Gloſ. u. locupletius.*

Actio in factum ex iure iurando

ESt Actio Perſonalis Prætoria, quæ naſcitur ex iuramento iurantis ſe debitorem alicuius. *l. ſi duo.* 13. §. *ſi quis.* §. *Marcellus. D. de iur. iur.* & Iuramentum

700 eſt inuocatio Diuini nominis in teſtem veritatis. 2.*ad Corinth* 1. *D.Tho.*2.2. *qu.* 85.Et ly *Diuini nominis*, includit etiam Creaturas, quæ reſpiciunt Creatorem . *D.Tho.l.c.a.*6.

Iuramentum eſt licitum, ſi fiat cum *Iudicio*, ſcilicèt cauſa rationabili, vt ad tollendas lites, cum *Iuſtitia*, ſiuè Legali, ſiuè diſtri-
701 butiua, ſiuè commutatiua, cum *Veritate*, quę ſi deficiat eſt Periurium. *Hierem.*4. ibi; *Iurabis viuet Dominus in Iudicio, in Iuſtitia, in Veritate*. Quod ſi deficiat Iudicium; puta ſi præuidiſſet non feciſſet,
702 vel Iuſtitia; puta ſi ſit rei illicitæ, vel cōtra leges iuramentum eſt nullum. *c. veniens.* 16. *c.quintauallis.c. quanto. de iur. iur.*

Iuramentum aliud Iudiciale, quod in Iudicio præſtatur; aliud extraiudiciale, ſeù conuentionale factum inter partes. Inſuper aliud Aſſertorium, quo quis iurat aſſeren-
703 do rem ità eſſe, vel non; aliud Promiſſorium, quo quis iuratè promittit.

Conuentionale, vel eſt Confirmatorium, quo confirmantur actus cæteròquin infirmi, vt
704 ſunt contractus Minoris. *Auth. Sacramenta puberum*. *C.ſi aduerſ.vend.* Aliud Fidelitatis, quod præſtatur à Vaſallo Domino feudi. *c.* 1. *de nou.for.fid.*

Iudiciale duplex neceſſarium, quod partibus etiam reluctantibus faciendum, vt iuramentum calumniæ, iuramentum creduli-
705 tatis. &c. *tit. C. de iur. iur.prop.calum. l.de ætate, D. de interrog.act.* Voluntariū, ſeù

ſeù deciſorium, quod parte petente à Iudice exigitur. *l.1. l.ius iurandum.* 24. *D. de iur.iur.* quod aut Delatum, aut Relatum.

Delatum, quod defertur ab Actore Reo; Relatum Actori à Reo nolente iurare. *d.l.ius iurandum*. 34. §.*ait l. manifeſtè*. 38. *D. eod.* & Delatum habet vim ſolutionis, & rei iudicatę; plenèq; probat. *l.iuris iurãdi.*
706 27.*l.non erit.*5.§.*dato.D.eod.* Nec poteſt quis renunciata delatione iuramenti ad illam redire. *l.ſi.quis* 11.*C.de reb.cred.* Et ex iuſta rationabili cauſa poteſt Iudex denegare delationem iuramenti. *d.l.ius iurandum.*34.

Delato iuramento Reus, vel debet iurare, vel iuramentum referre; ſecus ſuccumbit. *d l.ius iurandum.*§.*ait prætor.* ſicut abſoluitur, ſi iuret de non debere, aut ſi delato
707 iuramento actor iuret ſe non eſse Creditorem; itaùt nequeat appellari à ſententia Iudicis ex tali iuramento delato, vel relato. *l.generaliter.*129. §.*ſed Iur.* C. *de reb.cred.*

Et ex hoc iuramento, ſi ſit formiter, ſcilicet exprimens cauſam debiti, *vt iuro Titium debere mihi mille ex mutuo*, oritur duplex actio; I.in factum. II.ex mutuo. *l. ſi duo*. 13. §.*ſi quis.*§.*Marcellus. D.de iur.iur.* Si verò ſit informe, *vt iuro me creditorem*,
708 naſcitur ſolùm ex æquitate prætoria actio in factum ex iure iurando. *l. non erit.*5.*D.eod.*

Actio-

Digitized by Google

Actiones Prætoriæ Pœnales ;

QVibus pœna exigitur; tres ſunt. I. Albi corrupti, qua corrumpentes, delentes
709 edicta Prætoris 50. aureorũ pœna puniuntur. *l. ſi quis. 7. D. de iuriſd. omn. iud.* & hac actione puniuntur etiam omnes falſarij. *tot. tit. decret. de pœna fal.*

II. Actio de vocante in Ius Patronum, vel Parentem ſine venia, quæ datur aduersùs
710 illũ, qui ſine venia vocat in Iudiciũ illũ, cui reuerentiam exhibere debet. *l. 1. l. quiq. 4. D. de in ius vocand.* vt eſt Pater, Dominus, Magiſter, Conſul, Patronus, &c. ſub pœna 50. aureorum. *l. ſi libertus. 11. l. in eũ. 24. D. de in ius vocando.* Ceſsat
711 verò hæc Actio; ſi Filius vocet Patrem in Iudicio in peculio Caſtrenſi, & quaſi. *l. Adoptiuum. 8. D. eod.* vt etiam ceſsat in cauſa Pupilli, in qua ſi Libertus, vel Filius ſit Tutor, poſſunt Dominum, vel Patrem
712 in Ius vocare. *l. quæſitum. 19. D. eod.* & hæc Actio durat per annum. *l. In eum. 24. D. eod.*

III. Actio data aduersùs eximẽem aliquem iuſtè in Ius vocatum; vt ſoluat quanti
713 Actori intereſt. *l. 1. l. is qui. 6. D. Ne quis eum, qui in ius.* Et poteſt etiam eximens criminaliter hac actione arbitrariè puniri. *Fran. dec. 442.*

Actio Præiudicialis,

QVa Actori, vel Reo, quo ad ſtatus, præiudicium infertur. Triplex eſt *In-*

ge-

Digitized by Google

genuitatis; *Libertinitatis*; *De partu agnoſcendo.*

Ingenuitatis, qua quæritur, an quis ſit In-
714 genuus; quæ competit conſtituto in ſtatu Libertinitatis, vt declaretur ingenuus contra Patronum; & Patrono contra Libertum gerentem ſe, vt Ingenuum. *l. intereſt. 5. D. de liber. cau. l. fin. D. ſi liber. ingen. eſſe dicat*; Non tamen poteſt à Domino
715 intentari ſi libertus ſit in poſſeſſione Ingenuitatis per 50. annos.

Libertinitatis competit Domino aduersùs ſeruum dicentem ſe liberum, & libero cō-
716 tra dicentem ipſum ſeruum. *l. 1. 2. 3. D. de liber. cau.* quæ non intentatur contra quaſi poſſeſſorem libertatis per 20. annos. *l. 3. C. de præſcr. long. temp.*

De partu agnoſcendo, qua Pater agit, vt Filius reuocetur ad patriam poteſtatem, & Fi-
717 lius, vt declaretur ſuus pater, vt poſſit ab eo petere alimenta, ſucceſſionem, &c. debet tamen probari filiatio ex coniecturis, vt, ſi Filius ſit domi educatus; ſi ſit in quaſi poſſeſſione filiationis; ſi ſit communiter pro filio habitus, &c. *c. per tuas. 10. vbi Abb. de probat.* Nec, ex ſola ſimilitudine probatur filiatio, niſi ſit alijs coniecturis vnita. *Marta vot. 153.*

Condictio,

QVæ eſt Actio Perſonalis multiplex eſt, I. *Condictio ex lege Ciuili*, cum à iure ciuili habuerit immediatè principiū,
718 qua à ſatisfacto Creditore poteſt peti Chirographum. *l. diſſolutè, 2. C. de condict. ex leg.*

II.

II. *Condictio indebiti*, qua repetitur indebitè ſolutũ. *l.* 1. *l ſi à patre* 5. *l. fideicommiſſũ.* 7.
719 *C. de condict. indeb.*

III. *Condictio ſine cauſa*, qua repetitur ſolutum ex cauſa; ſi deindè cauſa ceſset. *l. ſi*
720 *Fullo.* 2. *l. nihil.* 4. *D. de condict ſin. cau.*

IV. *Condictio ob turpem cauſam*, qua repetitur ſolutum ex cauſa turpi, ſi turpitudo ſit ex parte accipientis; puta datum, vt aliquis nõ faciat, quod non debet, vel faciat, quod debet. *l.* 1. 2. 4. 9. *D. de cõdict. ob turp.*
721 *cau.* Si verò turpitudo ſit ex parte dantis non repetitur. *d. l. Idem.* 4. Si verò ſit ex parte vtriuſque, tunc melior eſt conditio poſſidentis. *l. ſi ob turpem.* 8. *D. eod.*

V. *Condictio cauſa data cauſa non ſecuta*, qua repetitur datum pro re aliqua facien-
722 da illa non facta, aut cum conſtet illam ampliùs fieri non poſse. *l.* 1. 3. 4. *& to. tit. D. de condict. cau. da cau. non ſec.*

VI. *Condictio furtiua*, quæ eſt actio perſonalis data domino contra Furem, eiuſue hæredem ad petendam rem furatam, vel eius
723 æſtimationem. *l.* 1. *l. in rem.* 8. *D. de condict. furt.*

VII. *Condictio triticaria* data ad petendam quamlibet rem mobilem, ſtabilem, corpo-
724 ralem, incorporalem excepta pecunia numerata. *l.* 1. 2. 3. *D. de condic. tritic.*

His expeditis dicendum de actionibus miſtis, vt

Actio Familiæ erciſcundæ

Est actio miſta data cuilibet Succeſſori, ſiue titulo hæreditario, ſiue fideicommiſ-

725 miſſario, ſiue Ciuili, ſiue Prætorio, &c. Aduersùs conſucceſſorem pro diuidendis omnibus bonis hæreditarijs à defuncto Patre, nec per imperfectam ſcripturam diuiſis. *l.1. 2. l.qua Pater.33 l.ex parte.40. D.famil.erciſc.l.inter.11. l.inter.26.C.eod.* & dicitur mixta; quia imbibit naturam actionis *Realis*; nam hæres petit partem ſibi competentem iure dominij; & natu-
726 ram *Perſonalis*; nam petit etiam fructus, intereſſe, & damna à cohęrede, & ſic ex quaſi contractu, delicto, vel quaſi. *l. item labeo.23.ve.iudicium.l.inter.45.§ ſi familia. l.ex parte.40.D.famil.erciſ.*

Hęc actio duplex *Directa* competens hęredi. *l.1. D.eod. vtilis* competens ſucceſſoribus
727 de iure Pręrorio fideicommiſsarijs, &c. *l.ſi ex aſſe.41.D eod.*

Pater nequit prohibere diuiſionem inter filios, niſi in certa re, vel ad tempus. *l. in hoc.14. §.ſi conueniat. D.comm.diuid.* Et
728 diuiſio facta à Patre ſemper habet vim vltimæ voluntatis reuocabilis.*l.ſi filia.20. § ſi Pater. D.famil.erciſ.*

Maior diuidit, minor eligit.*Gen.13.*Sed ſi di-
729 uiſio fit per expertum, mittuntur ſortes. Diuiduntur omnia bona hæreditaria, ad quæ teſtator habebat Ius in re, vel ad rem.*l.per familia. 2.D.eod.l.inter.11. l.bona. 8.C.eod.* Vnde ceſsat hæc actio familiæ erciſcundæ. I. in bonis illicitè quæſitis. *l. catera.4. D.eod.* II. in bonis alicui conceſ-
730 ſis à Patre, vt pręlegata, data cauſa ſtudij, &c. *l.item.23. l.ſi ita.43. l.qua Pater*

51.

51. D. *eod.* III. in bonis, vel à lege, vel à Teſtatore diuiſis. *l.heredes.*26. D.*eod.* IV. in nominibus. *d.l.*26.

Collatio

EST bonorum latio in communem hęreditatem introducta, vt ſeruetur ęqua-
731 litas.*l filiæ.*12.*C.de collat.* Et currit, tum ex teſtamento, tum ab inteſtato. *Auth.ex teſtamento.*C.*eod.*inter deſcendentes, quibus debetur legitima.*l.vt liberis.*17.C.*eod.*

Illa bona conferuntur, quę expreſsè legis, vel Teſtatoris diſpoſitione ſunt conferenda; vt, ſoluto matrimonio *dos*, vel *donatio propter nuptias*; niſi aliter ſit à Patre di-
732 ſpoſitum. *d. Auth.ex teſtamento.* Vel ſi conſiſtens in mobilibus fuit conſumpta ſine culpa filiæ. *l. cum.* 2. §.*de illis.*D.*de collat.bonor.*

Donatio ad ſuſcipiendos Ordines non confertur; quia nequit alienari. *Trid. ſeſſ* 24.
733 *c.*2.Vt nec data cauſa ſtudij.*l.qua Pater.* 51.D.*famil.erciſ.*

Computatio

EST retentio illius, ꝙ quis præhabuit ex bonis Teſtatoris titulo propriæ portionis. Et illa computantur in legitimam,
734 quæ replent legitimam, vt ſunt omnia bona Defuncti.*l.ſcimus.*36.§.*Repletionem. l.quoniam nouella.*29.*C.de inoff. teſtam. l. fin C.de collat.* &, quæ ex diſpoſitione legis, vel hominis ſunt cōputanda. *l. Pen. Auth.ex teſtam. C. de collat. l.ſi quando.* 35.*in fin. C.de inoff. teſtam.* Vt diſponitur in dote, & Paraphernalibus habitis ex ſub-

ſtan.

ſtantia Patris, quæ computantur in legitimam conſtante matrimonio. *l. Titio centum.70.§.Titio genero.D.de condit. & demonſt.* Soluto enim matrimonio cõferuntur.*l.ſi Pater.2.l filia.4.C.de collat.*

Imputantur etiam omnes donationes factæ ex Patris ſubſtantia ſiue propter nuptias, ſiue cauſa mortis, ſiue inter viuos. *d.l.ſcimus.36.d.l.quoniam.29.C.de inoff.teſtam.*

736 Exceptis datis ad ſuſcipiendos ordines, & cauſa ſtudij.*l.qua Pater.51.D.fam.erciſ.*

Actio communi diuidundo

EST actio mixta data omnibus habẽtibus ius in re communi pro petenda diui-
737 ſione rei communis vnà cum fructibus, &c. à cohabentibus idem ius.*l.in communi.3.l.communi.7.§.inter.D.comm.diuid.* Dicitur *Mixta* cum ſit *Realis*, quatenus res petitur iure dominij.*l.per hoc.4.D.eod.* Et *Perſonalis*, quatenus petuntur fructus, intereſse, damna,&c. paſſa dolo, culpa alterius. *l.ſi maior.4. C.eod.l.3 l.ſi quis.6.§ ſiue. D. eod.* Et hæc actio datur ſiue res
738 ſit communis ex ſocietate, ſiue quia fuit pluribus eadem res relicta, ſiue quocunque alio titulo. *l.nihil.2. D.commu.diuid.*

Et datur etiam pluribus pignoratarijs eiuſdem rei.*l.communi.7.§.inter D.eod.* Vnde duplex eſt, *Directa* data habentibus rem
739 communem, *Vtilis* data pro expenſis, damnis, fructibus,&c. Et pro re deſtructa, & illis, quibus eadem res fuit pignorata.*l.ſi quis.6.l.communi.7.§.inter.ve.ſi duo.D.eod.*

Digitized by Google

Actio finium regundorum

ACtio mixta data domino prædij ruſtici, & omnibus quorum intereſt ad conſeruandos, vel reſtituendos terminos amo-
740 tos cum damnis, expenſis, intereſſe, &c. cõtra quẽcunq; turbantẽ cõfinia. *l. ſi cõſtiterit. 4. C. fin. regund. l. hac actio. 2. l. ſed, & 4. §. ſi dicantur. § finium. l. ſi irruptione. 8.*
741 *D. eod.* Dicitur *Mixta*; quia eſt realis; prout petitur res iure dominij. *d. l. ſi irruptione*. Perſonalis prout petitur intereſse, damna, &c. *l. 1. D. eod.* Duratque per 30. annos à die turbationis finium. *l. cunctis. 6. C. eod.*

Ad probandos fines ſufficit ſemiplena pro-
742 batio, & ſic ſufficit vnus teſtis. *l. eos. 12. D. fin. regund.* Et poſſunt probari per publica inſtrumenta, per lapides antiquos, per famam publicam, per depoſitionem ſeniorum. *l. in finalibus. 11. D. eod. c. cum cauſa. 13. de probat. c. cum Ioannes. 10. de fide inſtr.*

Compenſatio

EXceptio iure ipſo Actoris tollens intentionem. *l. vlt. C. de compenſat.* Eſt debi-
743 ti, & crediti liquidi inter ſe contributio. *l. 1. D. de compenſ.* Vna voluntaria, ſeu extraiudicialis conſenſu partium; altera neceſſaria Iudicis mandato, & creditore inuito inita. *l. in cn. 3. l. fin. C. eod.*

Petitur à creditoribus, & debitoribus inui-
744 cẽ. *l. vlt. C. eod.* A Procuratore; quã hic poteſt agere. *l. Inuitus. §. cui damus. D. de reg. iur.* A fideiuſſore, cui competunt actio-

actiones principalis. *l.4.l.5.D.de compenſat.* Etiam contra fiſcum. *l. Aufertur.* 46. *§.qui compenſationem.D.de iur.fiſci.*

Liquidum debitum, ſcilicet quod ſtatim de-
745 betur, aut ſtatim liquidari poteſt, compenſatur cum credito liquido. *l.fin. C.de compenſ. l pecuniam.*15.*D.de compenſ.*

Res verò diuerſæ rationis, etiam inuito de-
746 bitore occultè, & voluntariè compenſari valent; non verò ſi iudicialiter procedatur. *l.quod in diem.6. §.ſi rationem.* D. *eod. Lugo de iuſt.to.*1. *diſp.*16.*ſect.*5.

Depoſitum cum depoſito compenſatur in foro interno, quando aliter debitum re-
747 cuperari nequit; nam tunc titulo defenſionis, retinendo depoſitum, recuperantur bona, ad quæ ius eſt. *Nauar. de reſtit. lib.* 3. *c.* 2. *nu.*389. Non verò in foro externo ex *l. pen.* ibi, *Nullam compenſationem opponat.C.depoſ.* Commodatum autem etiam
748 in foro fori. *Tex hic.* In quo tantùm depoſitum excipitur; & ad *l. fin. C.commod.* dicas ibi loqui de illiquido debito, quod nequit cum liquido, quale eſt commodatum compenſari.

Gratuitò datum, quod ex iuſtitia debebatur
749 compenſatur cum debito ex Iuſtitia; vnuſquiſque enim præſumitur magis tollere debitum, quam donare. *l.*1. *D.de ſolut.* & rem donatam alteri non acceptatã, aut miſſam in ſolutionem debiti, titulo compenſationis poſse accipi, vult. *Vaſq. opuſc.de reſtit.c.*5. §. 1.*dub.*8 *n.*45. contra. *Dia.p.*7.*tract.*10.*reſol.*19. Et iurans ſe ſo-

750 luturum, poteſt vti compenſatione; nam intelligitur iurare, vt ſatisfaciat, & compenſatione ſatisfacit. *Sà. u. Iuramentum. n.20.*

Non datur compenſatio in vectigalibus cõtra Fiſcum. *l. in ea. 3. C. de compenſ.* nec contra Sacerdotem petentem decimas.
751 *Gloſ. in c. decimæ. 66. v. Tributa. 16. qu. 1.* Nec contra petentem alimenta. *d. l. 3.*

Debitor ex pluribus cauſis poteſt eligere, quam velit compenſare. *l. quod Labeo. 13. D. de compenſ.* Non tamen debitum tali
752 loco cum alio debito alibi ſoluendo. *l. 3. §. Idem. D. de eo, quod cer. lo. l. 15. D. de compenſ.*

Hæc exceptio opponi debet à parte. *l. 2. D. eod.* etiam poſt ſententiam, quæ tranſit in rem iudicatam, cũ ſit Exceptio moderans,
753 non impugnans ſententiam. *l. Neſennius. 41. §. fin. D. de re iud.*

Ceſſio bonorum

Actus, quo debitor ſoluendi impos cedit Creditoribus bona, vt carceres, & mo-
754 leſtias vitet. *l. 1. l. in omni. 6. C. qui bon. ceder.* Et hoc beneficio gaudet omnis debitor ex contractu, vel quaſi; nàm in pœnis à iure, vel à Iudice inflictis, qui non habet in ære, luit in corpore. *l. fin. D de in ius vocand.* etiã ſi quis ſua culpa factus eſt inhabilis ad ſoluendum, nam iura indiſtinctè loquuntur; & *Nouella. 135. c. 1.* dicit il-
755 los, qui ſine culpa ſua ſunt impotentes ſoluere, non teneri cedere; ergo ſignum eſt ceſſionem currere in illis, qui ſua culpa ſunt

ſunt

Digitized by Google

ſunt Impotentes; & Accedit Ceſſionem eſſe pœnã, maximè vbi eſt cum Ignominia, vt eſt Neapoli; Et ſic ſufficit ad puniĕdam culpam. *Menoch. de Arbitrar. caſu* 138. Vndè cedens cum Ignominia, nec in conſcientia tenetur reſtituere, ſi deindè ad
756 meliorem fortunam deuenerit; nàm ignominia ceſſit loco ſolutionis. Quod ſi ceſſit bonis ſine Ignominia tenetur reſtituere. *l. cum, & filij. 7. C. qui bon. ceder. l. l. qui bonis. 6. D. de ceſſ. bono.*

Eccleſia, Minor, Vniuerſitas, &c. poſſunt bonis cedere *l. pen. C. eod.* vt etiam hæres non conficiens inuentarium; nàm, ſicut defunctus, irà, & hæres poteſt bonis cedere. *Nouella. 1. c. 2. §. 2.* hæreditas nanquè
757 tranſit cum ſuis iuribus. *l. heredem. 60. D. de Reg. Iur.* Et Principali cedente nõ liberatur fideiuſſor; nàm fideiuſſor datur, vt ſoluat principali non ſoluente. *l. heres. 22. § quod ſi. D. de fideiuſs.*

Non Gaudet ceſsione I. occultans bona; niſi retineat pro alimentis. *Amicus. to. 5. de Iuſt. q. 41. dub. 4. n. 26.* II. Negãs debitũ ſine cauſa, conuictus nequit bonis cedere. *Affl. dec. 379.* III. qui ſemel ceſſit nequit
758 amplius cedere. *Boer. dec. 125. n. 6.* IV. depoſitarius non gaudet ceſſione, nec habet inducias. *l. 1. C. depoſ. Franc. dec. 151.* V. debitor alimentorum non habet nec ceſſionem, nec inducias. *Ant. Fab. lib. 1. tit. 9. def. 2.* VI. Clerici nõ cedunt bonis, ſed fruũtur beneficio. *c. Odoardus. 3. de ſolut.*

Neapoli verò fit ceſſio bonorum, cum igno-

minia citatis, & auditis omnibus Credito-
759 ribus, per præconem alta voce publicato nomine cedentis, proùt in. *prag.* 1. 2. 3. 4. *de ceſſion. bonor.*

DE EXCEPTIONIBVS.

EX actionibus Actori, ad Exceptiones Reo competentes intuitum conuertamus, nec hic largè pro omni etiam extra-
760 iudiciali defenſione, vt ſumitur in. *l. exceptio.* 3. *de except.* ſed propriè pro iudiciali defenſione, quæ à latinis etiam præſcriptio nuncuncupata fuit. *l. qui agnitis.* 11. *l. Pen. D. de except. l. Præſcriptionem.* 6. *l. fin. C. eod.* definitur *Iudicialis defẽſio aduerſus*
761 *Actorẽ,* ſiuè *iudicialis defenſio actionis excluſiua. Arg. d. l.* 2. *l. Is qui.* 5. *D. eod. l. defenſiones.* 11. *C. eod.* dicitur *defenſio iudicialis* ad differentiam extraiudicialis, & actionis iudicialis, quæ caret vi defenſionis, nec nomine exceptionis continetur. *l. verbum.* 8. §. 1. *D. de verb. ſignif.* dicitur actionis excluſiua, vt tradatur per cauſam, non Per effectum excluſionis, & compre-
762 hendit excluſionem perpetuam per Peremptoriam, & Temporaneam per Dilatoriam exceptionem.

Quam defenſionem, & ſic æquitatem naturalem imbibentes Prætoriæ actiones dicun-
763 tur ſemper exceptiones. §. *quarum quadam.* 9. *inſtit. de except.* Prætore ſemper æquitatem naturalem ſpectante. *l. huius edicti.* 1. *D. de pactis, l. hoc edicto.* 1. *D. de*

con-

conſtit. pec. quæ vt defenſiones nequeunt à lege tolli ſine cauſa rationabili; eſſet enim aperire aditum iniuſtis inuaſionibus, &
764 tollere ius naturale quæſitum, quod eſt alienum à prudentia Legislatoris *l. cauſas 16. C. de tranſact.*

Negans autem contenta in libello adhuc excludit intentionem Actoris, & ſic adhuc
765 dicitur excipere contra *Harppret. hic. nu. 32.*

Pluribus exceptionibus compoſſibilibus quē vti poſſe certum eſt. *l. His qui. 5. l. nemo. 8.*
766 *D. de exception. l. nemo. 4. D. de reg. iur.* Semel. n. liberatur; in quo differt ab Actionibus pluribus, quibus quis pro eadem re vti nequit. *l. quod in herede. 9. §. eligere. D. de tribut. Act. l. nemo. 44. D. de reg. iur.* ne Reus, cuius cauſa fauorabilior. *l. fauorabiliores. 125. D. eod.* vexetur multiplici actio-
767 ne, & ne pluries idem petatur; & ſatis vna actio pro rei conſecutione, in qua ratione à iudice ſeruanda eſt æqualitas inter Actorem, & Reum; non verò in hoc. *c. prudentiam. 2. de mutuis petit. l. fin. C. de fructib. & lit. expen.*

Exceptio triplex, *Peremptoria, Dilatoria*, & *Mixta*.

P*Eremptoria*, quæ etiā perpetua nuncupatur. *l. Exceptiones. 3. D. de except.* Actionē,
768 & intentionem prorsùs extinguit, vt exceptio rei iudicatæ. *l. exceptiones. 3. D. eod. l. contumacia. 53. §. 1. D. de re iudic.* Et hæc diuiditur in *Exceptionem litis finitæ, & requirentem altiorem indaginem.* Litis

finis

finitæ ſunt liquidæ, quibus oppoſitis lis ceſſat, nec conteſtatur. Requirentes altiorẽ indaginem ſunt obſcuræ, litigioſæ, quæ oppoſitæ ante conteſtationem, illam non impediunt, ſed dato termino reſeruantur
769 diſcutiendæ in meritis cauſæ, vt de illis habeatur ratio, quæ de iure habenda erit, in quo iudex habet arbitrium. *Menoch. 2. de arbitr. cent. 1. caſu. 20.*

Dilatoria, quæ temporalis etiam dicitur. *§. Temporalis. 10. de except.* retardat ad tem-
770 pus actionis proſecutionem. *l. exceptiones. 3. §. temporales. D. de except.* vt exceptio Pacti de non petendo intra annum.

Eſt duplex vna aduerſus Iudicem, & Forum, & eſt declinatoria ſuſpecti iudicis, vel Fo-
771 ri. *l. fin. C. de except.* de qua cognoſcit ipſe Iudex, cuius Forum declinatur. *l. conſenſiſſe. 2. § ſed ſi dubitetur. l. ſi quis. 5. D. de iudic.* Alia, quæ in eodem Foro, & coram eodem Iudice opponitur.

Miſta eſt excommunicatio, quæ irritat excõmunicati electionẽ; ſemper opponi poteſt.
772 vnde vim perẽptoriæ habet. *l. peremptorias. 2. C. ſentent. reſcin. non poſ.* Et debitum creditoris retardat, non extinguit, & ſic vim dilatoriæ habet. *c. pia. 1. §. fin. de excep. in 6.*

Rurſus exceptio alia Perſonalis, alia Realis. Perſonalis non egreditur perſonam, cui
773 inhæret, & ad Hæredes, & Fideiuſſores non tranſit, vt exceptio *deducto ne egeat, ceſſionis bonorum. l. exceptiones. 6. D. de except. l. ſciendum. 25. D. de re iudic. l. in*

om-

omnibus.69.l.priuilegia.157.D.de reg.iur.
Realis rem ſequitur, & Hæredibus, ac Fideiuſſoribus competit, vt rei iudicatæ, Metus, Doli, Pacti de non petendo, Velleiani, Macedoniani, non numeratæ pecuniæ, le-
774 gatum liberationis. §.*exceptiones. inſtit. de replicat.l.exceptiones.7.§.1.l.omnes.19. D.de except.* Et fideiuſſor etiam inuito debitore talibus exceptionibus vti valet. *l.ex perſona.33.D.de fideiuſſor.*

Ratione cauſæ efficientis, alia data à lege ciuili, & dicitur *ciuilis exceptio*, vt Mace-
775 doniani, Velleiani, Diuiſionis, & epiſtolæ Diui Adriani, Nouationis, Delegationis, Præſcriptionis, non Numeratæ pecuniæ. *l.ſi fideiuſſ.7. D.qui ſatisd.cogan. l.omnes.4.*
776 *C.de præſcrip.30.vel* 40. Alia data à Prętore, quæ dicitur *Prætoria*, vt Doli, Metus, Iuriſiurandi. §.*Prætoria.inſt.de except.*

Demum aliquæ ex iſtis dicuntur *præiudiciales*, cum præiudicent liti, & ſunt impedientes litis ingreſſum, ſiue Peremptoriæ, ſiue Dilatoriæ. Quæ verò litis ingreſſum non retardant, *non præiudiciales* dicuntur;
777 imò & opponuntur in executione ſẽtentiæ, vt Compenſationis, Velleiani, Macedoniani, Tranſactionis. *c.1.2.de litis conteſt.in 6.*

Peremptoriæ opponi poſſunt ante litis conteſtationem, ſi impediant litis ingreſſum; & ambiguæ proteſtantur, reſeruando om-
778 nes exceptiones peremptorias ſuo loco proponendas. *l.Perẽptorias.2. C.ſent.reſc. non poſ.* Licèt *Donell.lib.2. cap.595. n.40.*

Velit

Velit in ſtricti iuris iudicijs opponendas
ante litis conteſtationem. Nam tantùm
de conteſtatis in iſtis ſtricti iuris Iudex iu-
dicat. *l. vn. C. de lit. cont. l. praſcriptionem* 8.
C. *de except.* At in bonæfidei iudicijs ſem-
779 per opponi poſſe; nam exceptiones per
ſe inſunt iudicijs bonæfidei. *l. emptio.* 3. *D.*
de reſcin. vendit. l. planè. 41. *l. fin. D. de pe-*
tit. hæred. l. ſed etſi. 21. *in fin. D. ſolut. ma-*
trim.

Exceptiones dilatoriæ ſunt proponendæ, di-
ſcutiendæ ante litis conteſtationem; niſi
780 poſt emergant, vel innoteſcant. *l. pen. &*
fin. C. de except. l. ſed etſi. 52. *D. de iudic.* Di-
latoria enim iudicium debet differre; & ſic
litis conteſtationem impedire. Nec officit.
l. exceptionem dilatoriam opponi quidem
initio; probari verò, poſtquam Actor mon-
ſtrauerit, quod aſſeruerat, oportet. 19. *C. de*
probat. Nam (licèt *Tex.* non ſit corrigen-
dus pro *Dilatoriam* legendo *Peremptoriã*,
781 quod effugium excogitauit *Harppr. hic.*
n. 17.) Intelligitur, quando Reus opponit
negatiuè dicendo, *nego intenta ab Actore;*
quod ſi Actor probauerit, ex nunc pro tunc
oppono exceptionem excõmunicationis, pa-
cti de non petendo, &c.

Exceptio declinatoria

OPponitur contra Iudicem ſuſpectum,
vel contra forum incompetentem; &
hæc opponitur ante omnes alias dilato-
782 rias, ne videatur conſentire in Iudicem,
cõtra quẽ opponitur de inimicitia cũ liti-
gante, vel de amicitia cum aduerſa parte.

c. ſuſpi-

c.ſuſpicio.39.de offic. deleg. ſimiliter quod ſit excõmunicatus. *Menoch. de arbitr. cent. 4. caſu. 137. n. 16.*

Dilatoria

ACtionem non deſtruunt, talis eſt I. Exceptio legitimationis perſonæ; ſcilicet vt probet ſe talem, qualem dicit; quæ eſt
783 fundamentum iudicij. *l ſi quæramus. 4. D. de teſtam.* Et quam Iudex ex officio opponere poteſt. *Boer. dec. 151. n. 19.*

II. Eſt exceptio exhibitionis ſcripturarum,
784 originalium in libello mentionatarum. *l. 3 §. edenda. D. de edendo.*

III. Exceptio cautionis expenſarum. *Auth.*
785 *generaliter. la. 1. C. de Epiſc. & Cler.* IV. Exceptio excuſſionis bonorũ principalis. *l. quamuis. 2. C. de pignor. Auth. hoc ita. C. de duob. reis.* V. Exceptio Cedendarum. *l. Modeſtinus. 76. D. de ſolut. l. cum alter. 11. l. ſicut. 21. C. de fideiuſſor. & mandat.*

Peremptoria

PRobatæ intentionẽ Actoris tollunt. Sunt I. Exceptio præſcriptionis *l. exceptiones.*
786 *3. D. de except.* II. Exceptio non numeratæ pecuniæ. III. Exceptio iuramenti relati, vel delati. IV. Exceptio pacti nõ petendi perpetuò. V. Exceptio metus in rem ſcripta, quæ opponitur à paſſo metum in-
787 iuſtum grauem; prout enim rei vindicare, & condicere poſſumus ſolutum ob metum; ita nõ ſoluere rem metu promiſſam. *l. apud celſum 4. §. metus. D. de doli mali, & met. except. l. ſi cum exceptione. 14. §. in hac actione. D. de eo, quod metus cauſa.*

VI.

Digitized by Google

VI. Exceptio doli, quæ opponitur à promit-
788 tente iniuſtè decepto, ne ſoluat promiſ-
ſa. *l.* 1. §. 1. *D. de doli mali, & met. excep.*
Ne alterius iniuria damnificetur. *l. ne ex*
dolo. 13. *D. de dolo malo. l. in fundo.* 39. *D.*
789 *de rei vind.* Et ſoluens repetit, vt inde-
bitum. *l. qui exceptionem.* 40. *D. de condic.*
indeb. contra *Minſinger. hic. n.* 6. nequit
enim, ob reuerentiam, doli exceptio op-
poni aduersùs Patrem, & Patronum, eiuſ-
que hæredem ex perſona defuncti. *l. apud*
Celſum. 4. §. *aduerſus. D. de dol. mal. ex-*
790 *cep.* Sed ex perſona hæredis ſcientis rem
nulliter, ſcilicet ex dolo promiſſam, quem
tunc dicitur dolosè petere, opponi va-
let; nam dolo petit, cum ei conſtet ex-
ceptio. *l.* 2. §. *& generaliter. D. eod. l. hære-*
dibus. 14. *D. de dolo malo.* Quę exceptio eſt
perpetua; hoc eſt opponitur, quādo Actor
791 agit; licèt actio doli biennio euaneſcat.
l. quæſitum. 1. §. *penul.* D. *de pecul. l. fin. C. de*
dolo malo.

VII. Exceptio in factum, quæ competit ex
errore Promittenti credēti adeſſe promit-
792 tendi cauſam. Dicitur *In factum*; quia
caret proprio nomine; vt ſunt replicatio-
nes in factum, quæ nomine carent. *l. cum*
Reus. 15. *D. de fideiuſſor. l. ſiue apud.* 28. *C.*
de tranſact.

VIII. Exceptio rei iudicatæ, quæ opponitur,
793 ſi lis inter eaſdem perſonas de eadem re
repetatur. *l. ſi depoſita.* 4. *in fin. C. depoſ.*
Nam de re diuerſa, vel inter diuerſas per-
ſonas nequit opponi. *l.* 3. *l.* 5. *l. ſi mater.* 11.

§. *ean.*

eandem.l.cum de hoc.27.D.de except.& re iudic.

Impedientes executionem ſententiæ

SVnt, quæ non ſunt contra ſententiam, ſed illam moderant; talis eſt I. Exceptio cõ-
794 fectionis inuentarij, qua pendente non moleſtatur hæres. *l.fin.C.de iur. delib.* II. Inſufficientia bonorum. *Maſtrill. dec.* 24.
795 *nu.*6. III. Exceptio ſolutionis, quæ non admittitur aduersùs tres conformes ſententias timore calumniæ. *Felin. in. c.cum ex parte. n.*16. *de offic. deleg.* IV. Exceptio
796 Compenſationis. *Afflic.dec.*121.*n.*5. V. Exceptio nouæ conuentionis. *l. ſi ſe non obtulit. §.ſi ex conuentione. D. de re iudic.* VI. Exceptio Cedendarum. VII. Exceptio deducto ne egeat. VIII. Exceptio meliora-
797 tionis. IX. Executionis in bonis alienis. X. Velleiani, & Macedoniani. XI. Ceſſionis bonorum. XII. Comparente tertio, de cuius intereſſe agitur; licèt modò ſeruetur, pręſtita cautione de reſtituendo, exequatur ſententia. *Afflic.dec.*235. Tandem reſtitutione in integrum petita. *l.*1. *C.de*
798 *in integr.reſtit.* Vel nullitatibus oppoſitis executio impeditur. *l.* 4. *§. condemnatum.D.de re iudic.*

DE IVDICIIS.

IVdicium ſumitur pro actu iudiciali, Actoris, Rei, Iudicis. *c. forus. de verb. ſignif.*
799 Stricté vero eſt actus, quo iudex iudicat inter Actorem, & Reum condemnando,

Digitized by Google

vel abſoluendo. Iudex enim ſecundùm leges ius dicens, debet ſententiam proferre.

Iudicium ratione materiæ in Petitorium, in quo de proprietate, & Poſſeſſorium, in
800 quo de poſseſsione decernitur. *c. Paſtoralis.de cauſ.poſſ.& propr.* Ratione formæ
in Summarium, & Ordinarium. Ratione finis in Ciuile, Criminale, & Mixtum. Ratione cauſæ efficientis in Eccleſiaſticum, Laicum, & Mixtum diuiditur.

Iudex

PErſona publica ſecundùm leges ius dicens. Diuiditur in Competentem, & in Incompetentem. Incompetens, coram quo
801 quis conuenire aut non debet, aut non
poteſt; qui duplex. Improrogabilis, quando nec conſentientibus partibus fieri poteſt competens.

Prorogabilis, quando ex incompetenti fit cõpetens iuriſdictione prorogata de cauſa
802 ad cauſam; de caſu ad caſum; de loco ad
locum; de tempore ad tempus; de re ad rẽ; de perſona ad perſonã *l.1.l.de qua re. 74. §.Iudex. D. de iudic.* Illa enim iuriſdictio prorogatur, quæ ſpecialiter non prohibetur prorogari à iure, vel ab homine. *l.1.l.2.§.ſi & Iudex.D.de Iud.* vera, & putata. *l.Barbarius.D.de off.prat.* Habitualis, quæ de actu primo poteſt tranſire in actum ſecundum, vel conſenſu licito partium tacito, vel expreſſo in Iudicem. *c.cum olim.*
803 *de off.deleg.l.ſi conuenerit.* 18.*D.de iuriſ-*
dict.omn.iud. vel impedita exceptione,

eius

eiũs renunciatione. *c. ſi duobus. de appell.*

Prorogatur iuriſdictio à Papa, Imperatore, cæteriſque ſuperiore carentibus. *c. nos ſi*
804 *competenter. 2. q. 7. c. per venerabilem.*
13. qui fil. ſint leg. Clerici, Officiales perpetui, & alij, qui ſunt priuilegiati fauore ſtatus, cui præiudicare nequeunt, & vaſalli in præiudicium dominorum prorogare non poſſunt. *c. ſignificaſti. de for. cõp. pragmat. 2. de off. iud. l. fin. C. vbi ſen. vel Claris.*

Competens, coram quo quis agere, aut con-
805 ueniri debet, quæ fori competentia multipliciter poteſt enaſci.

I. Ratione domicilij, quis ſortitur forum, & iudicem, tùm in criminalibus, tùm
806 in ciuilibus. *l. hæres abſens. §. proindè. D. de Iud. cap. licet. de for. comp.* tùm realiter, tùm perſonaliter. *Seſſ. dec. 10. nu. 10.* cum alijs foris in criminalibus concurrit. *d. l. hæres abſens.* In ciuilibus præfertur illis. *l. libertus. 17. §. deſcriptio. D. ad*
807 *mun. & incol.* & poteſt conueniri etiam abſens; in quo differt ab alijs. *§. ſi vero. auth. de exhib. reis.*

II. Ratione Originis, vbi quis, vel eius pater natus eſt, vel auus (vt volunt alij) dummodò concipiatur eo viuente. *l. aſſumptio. §. filius. §. libertini. D. ad mun.* qui forus
808 nullimodè amittitur. *l. ordine. 25. § ius originis. D. ad munic. l. origine. 4. C. de munic.*

III. Ratione rei ſitæ, poteſt conueniri vbi res ſita eſt. *l. ſed & ſi. 32. § fin. De iud. l. actor.*

809 *C. vbi in rem act.* ſiue res ſit corporalis, ſiue incorporalis, ſiue Profana, ſiue Spiritualis. *l.1.§. quadam. D. de rer. diu.* ſiue mobilis non tranſeunter, ſed permanenter; nam res ſita eſſe debet. *Bart. in l. fin. C. vbi in rem act.*

IV. *In* loco initi contractus, vel quaſi, quoad actionem perſonalem, & realem ſi ratione eius agatur, poteſt cōueniri. *d.l. hæres abſens. Bart. in l.2. C. mand.* ſi in alio loco,
810 ſit deſtinata ſolutio, eò conueniendus, nàm ibi cenſetur contraxiſſe. *l. contraxiſſe. D. de act. & obl.* Tempore interiecto inter contractum, & deſtinationem ſolutionis in alio loco, tunc datur locus præuentioni. Barboſ. *in d.l. hæres abſens. §. proindè.*
811 Si confirmatio, ſolennitates, & acceſſoria cōtractus ſint aliò geſta, ſemper inſpicitur forus contractus. *l. ſi quis in legatione. 8. D. de iud. Abbas in c. 1. nu. 11. de ſponſ.*

V. Succeſſor conueniendus in foro defuncti, præſens, vbi defunctus præſens, abſens, vbi defunctus abſens cōueniri poterat. *d. l. hæres abſens.* Nàm ad hæredes tranſeunt
812 omnia iura actiuè, & paſſiuè. *l. cum hæres. D. de diuer. & temp.* Priuilegiatus lite incepta conuenitur ſemper in foro defūcti, ex vi quaſi contractus. *l. nulli. D. de iud.* quod non currit in clerico, ſi inſtantia ſit perempta; Nam lis incipit de nouo. Si lis non ſit incepta, & eſt priuilegium
813 proprium, conuenitur, vbi defunctus; nō, ſi ſit priuilegium fauore publico, vel ſta-

tus.

tus *d.l. hæres abſens*, ibi, *nullo ſuo proprio priuilegio excuſatur*. In ſolutione legatorum hæres conuenitur, vbi defunctus destinauit, vel incepit ſoluere illa: ſi neutrũ; inſpiciendæ actiones, quibus petuntur,
814 *l. ſi fideicommiſſum*. 50. *l. quamuis*. 51. *D. de iud.* ſic etiam hæreditas iacens, vt repręſentans perſonam defuncti, ità eius forum ſequitur. *l. non minus*. 32. *D. de hæred. inſt.*

VI. Priuilegiati gaudent proprio foro, vt sũt Clerici, qui ex priuilegio habent annexam immunitatem, quoad perſonam, & bona. *c. ſi diligenti*. *c. ſignificaſti. de for. comp.*
815 & hoc de iure diuino. *c. decernimus de iud. D. Th. opuſ. contra Græcos. c.* 32. cui priuilegio, etiam cum iuramento non poſsũt renunciare; *d. c. ſi diligenti*. & clerius delinquens, captus ſine habitu cum tonſura, vel ſine vtroque, dummodò fuerit ſolitus ea ferre; vel ſi deliquit vtrunque fe-
816 rens, & captus vtroque carens; gaudet immunitate. *Trid. ſeſſ.* 23. *c.* 6. *Sanch. lib.* 7. *de matr. diſ.* 46. *n.* 10. *Macerat. lib.* 3. *reſol.* 48. *num.* 5. Religioſi, exceptis caſibus recenſitis à. *Trid. ſeſſ.* 6. *c.* 13. Ordines ſacri
817 militiũ, cum ſint veri Religioſi. *c. cum ad monaſterium. de ſtat. mon.* eodem fruuntur priuilegio.

Iudex verò laicus iure defenſionis, non iuriſdictionis poteſt arcere clericum impediẽtem, vſurpantem ſuam iuriſdictionem, aut perturbantem ſtatum laici; nam defenſio iure naturæ omnibus licet. *l. vt*

 vim.

818 vim. D.de iuſt.& iur.Megal. 3.p.lib.3. c.11.n.23.

Forus militis eſt apud proprium iudicem militiæ. l.magiſteriæ.6.C.de iuriſd.om.iud. tum in cauſis ciuilibus. l.2.D.de re mil. tũ
819 in criminalibus in materia rei militaris. l.deſertorem.3. D.eod.

Forum ſcholares pro libito eligunt, Ordinarij, Magiſtri, Rectoris ſtudiorum, Epiſcopi. l.fin. C. de iuriſd.omn. iud. dummodò
820 clericus conueniatur coram Eccleſiaſtico.c.ſi diligenti.de for.comp.

Forus miſerabilium perſonarum eſt ad libitũ proprium. l.vn. C.quan.imper. inter. Miſerabilis perſona eſt pupillus, quo ad
821 actionem actiuam,& paſſiuam. Petr.rit. 219.num.27. Minor, Orphanus, Pauper, Meretrices, Agentes improbè litem, vt viuant. Viduæ cuius nomine venit virgo. Fran. dec.10.l.malũ. 242. §.viduam. D. de ver.ſig. Inter quas etiam Mulier habens virum, qui ſit, vel ciuiliter mor-
822 tuus, vel inutilis morbo, aut aliter; nam inutile, & non eſſe paria ſunt. l. quoties.6. D.qui ſatiſd.cog. cæterùm arbitrium prudentis iudicis decernat.

Neapolitani habent priuilegium, vt trahant, & non trahantur ab extero; itaùt conueniant,& conueniantur Neapoli. Regn. c.vl.anno.1446.Capyc. dec.59.& vtuntur hoc priuilegio contra omnes priuilegiatos, etiam eodem priuilegio gaudentes, vt Capuani.Vrſill.ad Affl.dec.133. hoc gau-
823 dent habitantes Neapoli, licèt non ſint

ciues.

ciues. *Gram.dec.*87. Omnes Curiales, mu-
824 lier nupta viro Neapolitano. *Carauit. rit.* 301.*n.*21.*et.*25. Laudati in Authores. *Petr. ad Capyc.dec.*19.

Fiſcus, ſiue reus, ſiue actor apud iudices fiſcales conuenitur; & conuenit. *Peregr. lib.*7. *de iur.fiſc.tit.*1. *l.ad fiſcum.*5. *C. vbi cauſ. fiſc.* vbi trahit debitores ſuorum debitorũ. *l.ſi debitum.* 3. *C. quand.fiſc. vel pri.* ſic emens à fiſco, vel fideiuſſor, qui ſoluit, &
825 ei facta eſt ceſſio à fiſco, coram eodem iudice fiſcali agit de euictione. *l.fin.C. de adu.fiſc.l.fin.*C.*de priu.fiſc.*

VII. Delinquens, vel quaſi eò conueniendus, quò delinquit, vel delictum continuat, ciuiliter, & criminaliter. *l.fin.*D.*de accuſ.*
826 etiam ſi ſit exemptus. *c.*1. *de priu. in* 6. Si in vno loco delictum inchoetur, in altero compleatur, currit præuentio, cum vtrobiq; dici valeat, deliquiſſe. Deliquens extra territorium poteſt puniri à Iudice domicilij, ſiue procedat accuſatione partis. *l.relegatorum.*§.*interdict.* D.*de interd.*
827 nàm ibi conuenitur etiam ex contractibus extrà factis. *d.l.heres abſens.* ſiue via inquiſitionis, ne delicta remaneant impunita. *Clar.*§*fin.q.*33.*n.*4. Baro, nec per ſe, nec per alium poteſt punire delinquentem in eius perſonam, vel familiam, Nam nemo iudex in cauſa propria. *auth. de defenſ.ciuit.*§.*ſi verò. coll.*3. *l.qui iuriſdictioni.* 10.*D.de iur.omn.iud.Vrſil.ad Af-*
828 *flict.dec.*265.*n.*33. Reus ſemper remittẽdus in loco debiti ſaltem in executione

ſen-

ſententiæ, vt exemplo pœnæ alij diſcant innocentiam cuſtodire. *l.non eſt dubium. 11.§.illud.D.de cuſt.reor.*

Concurrentibus pluribus foris competentibus datur præuentio. *Mart.de iuriſd.q.2. a.2. n.2. l.ſi quis poſtea.* 7. *D.de Iud.* quæ præuentio alia Verbalis, quando citatur verbaliter.*l.cũ quedã. D.de iuriſd.om.iud.*
829 alia Realis, quando reus capitur. *c.dilecti. de appel.* quæ, vt efficacior, præfertur primæ. *Farin.in prax.q.7.n.53.*

Inducitur hæc preuentio. I.oblatione libelli. *Franc.dec.515. n.11. II.* Summaria recep-
830 tione teſtiũ,& inquiſitione contra reum. *Rouit.pragm.1.n.78. III.* Precepto iudicis, vt reus non diſcedat ab aliquo loco.*Feder. de ſen.conſ.155.n.3. IV.*Confeſſione rei in
831 iudicio. *l ſi confeſſus.* 5. D. *de cuſt. reor.* V. Accuſatione, quæ via ordinaria prefertur vie inquiſitionis extraordinariæ.*Theſ. deciſ.90.nu.7.*

Conueniendus coram iudice eccleſiaſtico tempore executionis, qui poſt obligationẽ in actis fit Clericus, vel Monachus. Nàm
832 illi, tempore executionis, eſt ſubditus. *Franc.dec.656.*

Accuſator, & Actor.

QVi in criminalibus, Accuſator, in Ciuilibus, Actor dicitur.*l.qui prior.29.D. de Iud.*debent probare, que intentant; ſecus
833 reus abſoluitur. *l.actor.23. C.de probat.* Non tamen quis tenetur agere, nec accuſare; niſi id exigat publicum bonum. *l.vn. C.vt nem.inuit.*

Ac-

Accuſator falſus, de iure punitur pœna talionis, qua ſcilicet erat puniendus reus. *l.* 1. §. *calumniatoribus. D. ad Turpil.* quæ hodie
834 receſſit ab vſu, multis non accuſantibus timore dictæ pœnæ, & ſic eſt arbitraria.

Semel abſolutus definitiuè iterum accuſari nequit; at poteſt iterum accuſari abſolutus ab obſeruatione iudicij, ſcilicet rebus ſic ſtantibus, quantùm eſt ex deductis. *l. libellorum.* 3. *§. quod ſi libelli. D. de accuſ.*
835 *Franc. dec.* 633. At poſt bienniuum ex vi eiuſdem inſtantiæ hic moleſtari nequit, etiam ſi superuenient nona indicia, & teſtes de viſu, extincta iam inſtantia in criminalibus biennio. *l. fin. C. vt intra cer. tem.* poſt quod tempus etiam liberatur fideiuſsor de in iudicio ſiſti. *De Marin.* 1. *tom. lib.* 1. *c.* 184. *n.* 9. *&* 10.

Definitiuè abſolutus, ſi deindè fateatur ſuum delictum iterum accuſari valet, quia res
836 iudicata nitebatur præſumptioni, quæ ceſsat conſtito de veritate oppoſita. *Aretin. conſil.* 69. *in fin.*

Reus

IN criminalibus à reatu, à re in ciuilibus; non condemnatur, niſi conuictus, vel cõ-
837 feſſus. *l. fin. C. de prob.*

Et iuridicè interrogatus non tenetur fateri delictum cum graui onere. *Leſſ.* 1. *de iuſt.*
838 *c.* 3. *n.* 15. *Sanc. diſ.* 43. *ſelect. n.* 43. Nam. I. nec lex, nec præceptum cum graui onere obligat. *l. nimis graue. C. de teſt. l. pen. D. de*

ax-

arbitr. l. ſi quis in graui. D. ad Syll. c. nemo de reg. iur.

II. Quia non tenetur deponere contra ſanguine coniunctum. *l. 4. D. de teſt.* ergo multò minùs contra ſe ipſum. *III.* quia in dubio pro reo reſpondendum, & onera nõ ſunt imponenda; hic autem ſumus in ancipiti opinionis, meritò fauore rei reſpondendum. Non enim rei ſunt onere grauandi, niſi ratio ſit meridiana luce clarior. vt ait. *Sot. 1. de iuſt. q. 9. ar. 1. concl. 2.* & li-

839 cèt reo præcipiat iudex; id, vel eſt ad terrorem, vt vult, *Reginal. tom. 1. lib. 29. c. 3. n. 3.* vel innixus contrariæ opinioni, cui reus ſe conformare non tenetur, ſtante probabilitate contrariæ ſententiæ.

Reus nequit de conſocijs interrogari; niſi adſint indicia, præſumptiones, quod delicta non fuerint ſine ſocijs cõmiſſa, & in illis, in quibus etiã; nõ interrogatus tenetur reſpondere. *c. nemini. 15. q. 3. l. repeti. 6. D. de quaeſ. Fran. dec. 28. n. 9.* ita vt etiam Iudex

840 peccet interrogando, abuſu poteſtatis, de conſocijs, quando reus reſpondere non tenetur. *Peguer. dec. crim. 5. n. 2.*

Quando autem iudex interrogat reum, non debet ſuggerere; ſed interrogare, an, & qui

841 adfuerint ſocij. *l. 1. §. qui quaeſtionem. D. de quaeſt. Menoch. lib. 2. de arb. caſ. 454. n. 53.*

Reus Tortus.

Tortura ſubſidiaria nequit inferri, niſi præcedant legitima indicia. *l. 1. 8. 9. l. maritus, 20. D. de quaeſt.* Et indicia debent

eſſe

842 eſſe grauia, vrgentia commiſſi crimini præsũptionem facientia. *l. 1 D de quæſt. l. milites. 8. §. oportet. C eod. Maſcard lib. 5. concl.* 181. *n.* 20. talis eſt cõfeſſio rei extrajudicialis adminiculata alijs indicijs; ita vt ex ſola fuga, fama non poſsit torqueri; ſed tantùm inquiri; ne à tortura, quæ ſub-
843 ſidiaria, iudex inchoet. *l. 1 l. maritus. D. de quæſt.* & indicium debet eſse probatum per duos teſtes exceptione maiores. *Farin. tom. 2. prax. 57. n. 3.*

Reus ſemel tortus iterum torqueri nequit, ſi in tortura non fuit confeſſus; nam tunc ſunt vacuata indicia. *l. vnius.* 18. § *Reus. D. de quæſt.* Si verò fateatur in tortura, et extra torturam non ratificet, iterum tor-
844 queri valet, vſque ad tertiam vicem, non tamen eadem die; præſumitur enim dolore, non veritate fateri. *Farinac. loc. cit. quæſt.* 98.

Ab iniuſta tortura appellari valet. *l. 2. D de*
845 *appell. rec. Abbas. in cap.* 1. *num.* 2. *de conf.*

Torqueri autem nequit. *I.* impuber. *l. 1. §. impuberi. D. ad ſyll. II.* Prægnans, & quouſque vires ex puerperio reſumantur *l. prægnantis. D. de pœn. III.* Senes decrepti *l. ſi*
846 *quis in graui.* 3. §. *ignoſcitur. D. ad ſyll.* Valetudinarij, Surdi, Muti, Energumeni, Nobiles, Clerici, Milites. *l. milites. C. de quæſt. l. nullus.* 4. *C. ad l Iul. Maieſt.*

Torti quando torqueri non poſsunt, confeſsi
847 non puniuntur; quia confeſsio cenſetur nulla contra iuris diſpoſitionem.

Reus

Reus Confeſſus.

CONfeſſio eſt probatio facta ipſo ore rei, quæ per terrorem facta non probat, ſicuti nec facta coram iudice incom-
148 petenti ad condemnandum ſufficit. *c. & ſi clerici. de iud.* vt autem ſufficiat ad condemnandum debet eſſe iudicialis circumſtantionata, clara, veriſimilis poſſibilis. maximè in criminalibus. *l. ſciant.* 25. *C. de prob.*

Facta coram iudice extra territorium, vel nō ſedente pro Tribunali, probat ſemiplenè *Maſc. de prob. concl.* 348. *n.* 26. Et confeſſio iſtius non probat plenè contra alium, nec
149 in ciuilibus, nec in criminalibus.

Reus conuictus

TRibus modis dicitur; teſtibus, inſtrumẽtis, & indicijs indubitatis. *l. ſciant. C. de prob. vbi Bald. & Salicet.* verùm quia non
850 proceditur regulariter ad probationes lite non conteſtata. Sit igitur.

Conteſtatio litis

ESt principalis negotij apud competentem Iudicem facta narratio, & ad eam ſecuta reſponſio animo litigandi; quæ in
851 Regno fit per dationem termini. *c. 1. de lit. conteſt. in. 6.* requirit priùs legitimationem perſonarum; nàm priùs quærenda perſona, quàm iuris ratio. *l. quidam referũt.* 14. *D. de iur. codicil.* cauſat etiam ſubiectionem partium apud Iudicem, vt nemo à lite poſſit recedere.

Iſtam ſequuntur *Poſitiones*, quæ ſunt propoſitiones contentæ & veræ ſub breui verborum

Digitized by Google

rum forma, intentionem actoris explican-
852 tes. *c. vlt. de lit. cont.* quæ dicũtur articu-
li, cum probandæ ſunt. & ideò

Probatio

Est rei dubiæ, vel occultæ propalatio *tot. tit. de prob.*

Probatio Alia plena, Alia ſemiplena. Plena, cui nihil deeſt, & regulariter fit per duos teſtes omni exceptione maiores. *l. vbi numerus. 12. D. de teſt.* vel per inſtrumenta
853 authentica. *l. in exercendis. 15. C. de fid. inſtr.* Semiplena fit per vnum teſtem, vnum indicium indubitatum. Nam deindè ſuppletur defectus per alios teſtes, alia indicia.

Probatio per Teſtes.

Hæc, cum ſit viuæ vocis, efficaciſſima eſt. *c. cum Ioannes. de fid. inſtr.* Qui teſtes nequeunt produci regulariter ante li-
854 tis conteſtationem, ante quam non admittuntur probationes. *tit. decr. vt lit. non cont. non proc. ad teſt recep.* Niſi in quibuſdam caſibus; vt. I. ne veritatis probatio lapſu temporis deficiat; abſentia, infirmitate,
855 ſenectute teſtium. *c. 3. & 50. de teſt.* II. pro infirmanda, vel confirmanda electione. *c. cũ. de eo, qui mit. in poſſ. cauſ. rei ſeru.* III. ſi agatur de crimine per modum inquiſitionis. *c. veritatis. de dol. & cont. c. nouit. de Iud.* IIII. ad perpetuam rei memoriã. *c. quoniam frequenter. §. porro. vt lit. non cõt.* & in probandis exceptionibus declinato-

Digitized by Google

rijs præiudicialibus. *c. veniens.* 10. *de teſt.*

Dicta receptio teſtium ante conteſtationem litis denuncianda eſt intra annum parti
856 aduerſæ; vt ſibi proſpiciat, & opponat contra. *d.c. quoniam frequenter.*

Conteſtata ergo lite teſtes producendi ſunt præmiſſa legitima citatione, ne vltronei
857 ſint ſuſpecti; & expenſæ à producente ſunt faciendæ. *l. quoniam liberi.* 11. C. *de teſt.*

Numerus teſtium ad minus eſt, vt ſint duo omni exceptione maiores, niſi iure plures
858 requirantur. *l. vbi numerus. D. de teſt.* & Iudex poteſt frenare multitudinem. *l.* 1. §. *quanquam. D. de teſt.* inſpiciendo fidem, nõ numerum teſtium. *l. ob carmen.* § *fin. D. de teſt.*

Vni autẽ teſti regulariter non creditur, vndè illud; *vox vnius vox nullius. c. licet vni-*
859 *uerſis.* 23. *de teſt. c. admonere.* 33. *quæſt.* 2. Sunt 30. caſus, in quibus creditur vni, de quibus. *Specul. de teſt.* §. 4.

Teſtis debet deponere aſſignata cauſa dicti, præmiſſo iuramento. *l. ius iurandi.* 6. C *de teſt.* & eſt examinandus ſeparatim ab alijs
860 conteſtibus. *c. venerabilis. de teſt.* citata parte ad videnda iuramenta teſtium. *c.* 2. *de teſt.* & poteſt corrigere ſuum dictum ſtatim, non ex interuallo, niſi in S. Officio. *c. cum cauſa. eod. c. accuſatus.* §. *licet. de hæret. in* 6.

Per-

Perſonæ teſtium

DEbet eſſe omni exceptione maior, qua
ratione repellitur. I. inimicus capita-
lis. *c. ſi quis. eod.* & amicus inimici. II. Pa-
861 rentes. *l. parentes. C. eod.* & etiam con-
ſanguinei, atque affines vſque ad gradum,
in quo non poſſunt inire nuptias. *l.* 4. *D.*
eod. l. in legibus. D. eod. III. repellitur dome-
ſticus. *l. teſtes. l. pen. D. eod.* Excommunica-
tus. *c. veniens. eod.* IV. omnes Infames, &
Vſurarij, Blaſphemi, Prodigi, &c. *l. palàm.*
§. non ſolum. D. de rit. nupt.

Qui omnes niſi habeant defectum inimici-
tiæ capitalis, vel vſus rationis admittun-
862 tur in delictis, in quibus veritas aliter
haberi nequit. Non enim ſolennitas teſtis
debet veritatem opprimere, ſed fouere.

Teſtis vacillans, varians nihil probat; & te-
ſtis de auditu proprio probat, non autem
863 de auditu auditus. *c. licet.* 47. *de teſt. l. te-*
ſtium. C. eod.

Teſtes ſingulares non probant plenè; nam
ſunt ita, ac ſi eſſet vnus teſtis, niſi ſint con-
864 teſtes in vnitate actus ſucceſſiui. *Farin.*
de teſt. q. 64. *n.* 207.

Teſtes contrarij inter ſe non probant, nec
creditur teſti vocanti conteſtem, qui ne-
865 gat. *Farin. l. c.* ſemper tamen dicta teſtiũ
concordanda, ſi poſſint. *cap. cum tu. de*
teſt.

Teſtis ſuper negatiua vaga reijcitur; ſed
probat ſuper negatiua coarctata, ſcilicet
non vidiſſe in tali tempore, in tali loco,
866 &c. *l. aſſeueratio. C. de non num. pec. l.*
actor. C. de prob.

Digitized by Google

Teſtis examinatus in iudicio ſummario, debet reproduci in plenario. *l. fin. C. de teſt.*
867 & tunc poteſt ſe deferre ad primum examen, vel petere, vt legantur primę depoſitiones, quando eſt labilis memoriæ, vel factum eſt valdè antiquum; niſi aliundè ſuſpectus ſit.

Teſtis non tenetur fateri ſibi ſub naturali ſigillo commiſſum, exceptis delictis deponendis ſine interrogatione. *Prouerb.* 11. nã
868 tolleretur commercium; cum nemo conſilium peteret timore depoſitionis contra ſe. *D. Th.* 2. 2. *q.* 70. *ar.* 1. nec tenetur fateri eum graui onere. *l. nimis graue. C. de teſt. Nauar. c.* 23. *n.* 30.

Probatio per præſumptionem.

PRæſumptiõ eſt quodcumque indicium mouens ad aliquid ſuſpicandum. *c. litteris. de præſum.* Quadruplex, *Temeraria*, quę naſcitur ex temerarijs, vel leuibus mo-
869 tiuis; & tunc in bonum debet fieri interpretatio. *Probabilis* inducitur ex conjecturis veriſimilibus; facitque ſemiplenã probationẽ. *Violẽta*, quæ naſcitur ex indicijs certis. *d. c. litteris.* quæ dicitur iuris; quia ius præſumit rem ita, & non aliter eſſe. *auth. ſi quis ei. C. ad l. Iul. de adul.* & ſic vbi ſcientia non probatur, præſumitur ignorãtia. *l. veriùs. C. de probat. Neceſſaria*,
870 quę eſt iuris, & de iure plenè probãs, nec regulariter admittit probationem in contrarium. Hinc in dubio delictum non præſumitur. *Boer. dec.* 115. & niſi ſint præſumptiones clariſsimæ, non deuenitur ad con-

dem-

demnationem. *l. ſciant. C. de prob.* ſi ſint plures, quam duæ, veriſimiles, probabiles, probant: demum validatur probatio vnius teſtis de viſu, accedente præſumptione vehemẽti inimicitiæ, fugæ, &c. *Capyc. d. 126.*

Probatio per indicia.

INdicium dictum ab indicando. Eſt ſignũ indicans delictum, informans animum Iudicis ad ſuſpicandum. *Farin. to. 1. pract.*
871 *crim.* cum cogit Iudicem ad credendum, dicitur plenum, ac indubitatum. *Butr. in. l. fin. C. de prob.* cum verò mouet ad prudenter aliquid credendum, ac iudicãdum, dicitur ſemiplenum, ac dubitatum. *Bart. in l. ea quidem. C. de prob.* alias diuiſiones videſis apud. *Oraſc. dec. 19. n. 19.*

Sententia.

EST iudicialis definitio finem controuerſiæ imponens condemnando, vel abſoluendo. *capit. 2. de ſentent. & re iudic.* Alia definitiua decidens negotium principale; alia habens vim definitiuæ, quæ
872 terminat negotium, incidens, vel emergens inter principium, & finem litis, etiam ſi ſit attentatum, ex quo ſequitur damnum irreparabile *c. bonæ. 51. de appell.* alia interlocutoria terminans omne aliud incidens, emergens, annexum inter principium, & finem litis. *Guid. Pap. q. 11.*

Sententia ferri debet in ſcriptis, exceptis iudicijs ſummarijs. *l. pen. C. de recept. arb. Rot. dec.* 474. à Iudice habente authoritatem pro Tribunali ſedẽte, cauſa diſcuſſa,
873 legitimatis perſonis, durante inſtantia.

Digitized by Google

*Rot.dec.*121.*n.*2. Parte audita, nec legitimè
impedita. *Couar.*5.*var.c.*16.*n.*9. debetque
legi à Iudice clara voce, præſente parte,
vel contumaciter abſente.

Debet etiam eſſe conformis legibus, conſtitu-
tionibus, ritibus. *Franc.dec.*121.*num.*2. &
874 iuxta formam eſſentialem à iure præ-
ſcriptam, cui formæ ſi ſit difformis, eſt nul-
la. *l. Iulianus. D. ad exhib.*

Fertur poſt conteſtationem litis in Ciuili-
bus intra triennium, in Criminalibus in-
tra biennium. *Ritu.M.C.*248. extinguitur
inſtantia iſtis lapſis terminis. *Tapp.deciſ.*
875 38. quod ſpatium inſtantiæ partes non
poſſunt prorogare; nam nequeunt leges
tollere. *Theſ.dec.*10 *Boer.dec.*283. ſenten-
tia enim lata, extinguitur officium Iudicis.
l.iudex.D.de re iud. Et poſsũt opponi nul-
litates ex corpore proceſſus, vel per viam
exceptionis intrà 6. dies. *pragmat,*4. §.
16. *de dilato.* vel per viam actionis intra
30. annos. *tit.C.de præſcr.*30. *vel* 40. *ann.*
iure Regni intra 10. annos à die mandati
de parendo notificati. *d.pragm.*4.

Quas ſi nolit opponere, poteſt appellare à
minori ad maiorem Iudicem, vel reclamã-
do ad ſupremum. *Affl.dec.*231. intra 10.
dies continuos à tempore notificationis
876 ſententiæ latæ. *auth. hodie. C.de appell.*
quod tempus, nec conſenſu partium
prorogari poteſt. *Gam. dec.*389. præter
quod etiam dantur 50. dies ad præſentan-
das ſcripturas, proceſſum. *Petr.rit.*251.*nu.*
11. quibus elapſis ampliùs non auditur.

Iſtis

Iſtis fatalibus lapſis tranſit ſententia in rem
877 iudicatam.

Res iudicata

EST, quæ nullo iuris ordinario remedio reſcindi poteſt. *l. cum putarem. D. fam. erciſc.* quæ inhærens rebus mutabilibus
878 mutatur. *l. ſi rem meam. D. de excep. rei iud.*

Tranſita ſententia in rem iudicatam expediuntur litteræ executoriales. *l. minor viginti quinque. D. de min.* & in S.R.C. exe-
879 quitur ſententia, & expeditur mandatum de parendo. *Rouit. pragm. 1. n. 3. de off. S.R.C.*

Exequitur ſentẽtia in actione Perſonali poſt quatrimeſtre. *l. debitoribus. D. de re iud.* & in S.R.C. ſtatim fit. *pragm. 4. de off. S.R.C.*
880 in actione Reali ſtatim, niſi aliqua exceptione retardetur. §. *quærenti. de offic. deleg.*

Executio facienda in rebus, quæ minus lædunt debitorem, & creditori ſunt ſatis. *l. à Diuo Pio. 15. §. in venditione. D. de re iudic.* & ſic fit in mobilibus, ſtabilibus, iuribus,
881 & iſtis inſufficientibus perſona vinculis mancipatur. *Affl. dec. 358.*

In ſequentibus verò caſibus fit executio realis, & perſonalis, non excuſſis priùs bonis. I. ſi ita conuentũ ſit. II. aduersùs debito-
882 rẽ fiſci, vel vniuerſitatis. *l. nem. C. de exact. tribut. lib. 11.* III. In liquidatione inſtrumẽti Guarãtigiati, Apochæ bãchi; in obligatione penès acta, Camerali, Cambij, &c. *Franc. dec. 271. n. 5. & 200.*

DE

DE DELICTIS, ET EORVM POENIS.

DElictum eſt, quo quis dolo alterum iniuſtè lædit. *l. 5. D. de dol. mal. l. 1. l. quadam. 14. D. de pœn.* Duplex priuatum, & publicum. *l. quid ſit Fugitiuus. 17. § noxas. D. de adil. edic. l. ſtatu. 19. D. de priuat. delict.* Priuatum non lędens per ſe, niſi bonum particularis. *l. 1. D. de priuat.*
883 *delict.* Publicum, communitatis bonum, Commercium, Securitatem lædens. *l. 5. D. de publ. iudic. l. Prauaricationis. 15. 3. D. de Prauaricator.*

Ex vtroq; delicto actiones aduersùs hæredes delinquentis non dantur. *l. 1. D. de priuat. delict. l. Sancimus. 12. C. de pœn.* Pœna enim
884 ſuum debet tenere Authorem. *l. ſi pœna. 20. l. crimen. 26. D. de pœn.* Quoad pœnas tamen pecuniarias, & partis intereſſe conuenitur iuxtà vires hæreditatis. *l. in hæredem. 5. D. de calumniat. l. quod diximus. 16. D. de eo quod met. cau. c. tua nos. de vſur.* Maximè quia reſtitutio virtutis actus prodeſt etiam animæ defuncti purganti; Nèc enim purgatorium eſt figmentum, & ſtudio Satanę introductũ, vt impiè ait *Harppr. to. 4. tit. 5. n. 20.* Sed veritas Catholica mille firmata Scripturis, & Concilijs; Enimuero
885 ipſiſmet in gratia mutatis purgandum multoties remanet; vt Dauid, qui poſt remiſſionem peccati pœnam mortis filij, & dehonorationis ſubijt.

Nec refert, quod inſulsè arguit. *n. 22.* duas vias dari Paradiſi, aut inferni. *Daniel. c. 12. n. 2. c. 2. n. 24.* Nam m.1. id probaret, neque da-

886 ri vitam, qua hic peregrini viuimus; II. *tex.* loquitur de vita æterna Termini; nec per hoc negat vitam aliam mediam Peregrinationis, aut Purgationis.

Nos. I. Agamus de priuatis. II. de publicis delictis.

Delicta priuata

Lædentia particulare bonum per ſe ſunt innumera, & frequentia. Sit. I.

Furtum

Est contrectatio occulta rei Domino rationabiliter inuito animo lucrifaciendi. *l.* 1. *D. de furt. Denter. c.* 5. *nu.* 21. *Contrectatio* indicat in rei mobilis ſolo vſu com-
887 mitti furtum, vt qui Pignore vtitur. *l. ſi pignore.* 57. *D. de furt.* Nomine *rei* quælibet res, aut rei vſus, poſſeſſio verita. Dicitur *Domino rationabiliter inuito*, vt eximatur à furto creditor liquidus occultè, & ſic ſine tumultu, & ſcandalo accipiens ſibi debitum alitèr irrecuperabile, vt licet à debitore fugitiuo propria authoritate ſuum recuperare. *l. ait prætor.* 10. §. *ſi debitorem. D. quæ in fraud.* contra. *Harppr. hic. nu.* 8. & pauper in graui neceſſitate victum ſibi
888 accipiens, & qui lege concedente accipit. *Deut. c.* 23. *in fin.* aut ſi conceſſum ſit viatoribus ex vuis, ſpicis, & ex vineis alienis ad Satietatem comedere ſine neceſſitate; non tamen domum aſportare; quod modò non licèt, niſi conſuetudine probata fuerit introductum. Concluditur *lucri faciendi cauſa*; quia finis delicta diuerſificat,

l. qui

Digitized by Google

889 *l. qui iniuria. 55. D. de furt.* Sic eſt Falſarius, qui veritatis probationes occultat, non vt lucretur, ſed ne veritas habeatur, *l. Paulus. 16. D. ad leg. Cornel. de falſ.*

Materia Furti

EST quæuis res contrectabilis ſub alterius extans dominio. *l. falſus. 44. §. quod ſi dominus. l. ſi ſocius. 46. D. de furt.* Et ſic non
890 in re merè incorporali, cum contrectari nequeat *l. ſi is qui. 75. D. eod.* Niſi proùt corporali inhæret, vt vſus rei. *l. 1. §. Scæuolam. D. ſi quis teſtam. lib. iuſſ. erit.* Hinc in re, cuius non eſt Dominus non datur furtum. Sic non datur furtum rei ſuæ, nullius, aut derelictæ. *l. rem mihi. 21. D. Commod. d. l. 44.* Vndè hæreditatis Iacentis, nec propriè datur furtum, cum nec propriè, ſed tantùm fictè detur dominus. *l. eum qui. 14. §. ſi res. d. l. 44. D. de furt. l. hæreditas. 61. D. de acqu. rer. dom.* Dicitur tamen Expilatio hæreditatis. *l. 1. D. de effract. & Expil. l. 5. D. de crim. expil. hæred.* Quæ di-
891 citur Improbitas non furtum. *l. ſi te expilaſſe. 11 C. ex quib. cau. inf. im. irrog.* Quod crimen expilatæ hæreditatis arbitrariè punitur. *l. 1. & 3. D. ibid.*

Volunt tamen iura dari furtum filijfam. *§. interdum etiam inſt. de furt. l. eum qui 14. §. ſi filiusfam. l. 38. D. de fur.* quia filiusfam. eſt ſub dominio patris, cum ab ipſo poſſit vindicari. *l. 1. D. de rei vindic.* & hominis liberi non dari furtum, ſed propriè Plagiũ
892 delictum publicum extraordinariè puniendum. *l. penult. & fin. D. ad leg. Flau. de Plagiar.* Sed

Sed adhùc ſtat difficultas; quia Plagium eſt ſpecies furti; & Plagiaria lex eſt aduerſus furantem, ſupprimentem alienum ſeruum. *l.* 3. 5. 6. *D. ibid.* & re vera Paterfam. non habet dominium filij, vt quondam à *lege.* 12. *tabul.* habebat. Nec dicas eſſe furtũ li-
893 bertatis, tũ quia nequit cõtrectari; tũ quia non eſſet furtum, cum fieret non occultè domino præſente diſſentiente. Inſuper rei ſacræ, quæ nullius eſt, datur furtum Sacrilegum. Id ergo alii decidant; & nobis pla-
894 cet eſſe furtum quoad effectum; actiones ſcilicet à lege conceſſas, & affectum furandi, ita, ac ſi à vero Domino auferretur.

Cauſa effectiua furti.

SVnt omnes, qui aliena inuito Domino cõtrectant; etiam filiifam. *l. ſerui.* 17. *D. de furt.* quorum propriè bona paterna non ſunt, ſed impropriè viuo patre. *l. in ſuis.* 11. *D. de liber. & poſth.* aliàs pater furtum cõmitteret illa inuito filio accipiens: Non tamen datur vtilis actio furtiua, niſi pecu-
895 lium Caſtrenſe, vel quaſi, habeat; nàm vna perſona iure ciuili cenſetur Pater, & filius. *l. fin. C. de impub.* & nemo ſecum agere valet. *l. nemo.* 10. *D. de furt.*

Pœna furti

DVplex: vna Ciuilis, altera Criminalis. Ciuilis parti applicatur; Quadrupli in furto manifeſto, quo ſcilicèt deprehenditur fur cum re furtiua; cum certius ſit furtum. Dupli in non manifeſto quo aliter fur deprehenditur. *l. de his.* 11. *l. falſus.* 19.

896 *C. de furt.* Criminalis, qua punitur fur in perſona, fama, bonis; & arbitrariè mihi pro qualitate, quantitate, & circumſtantiis furti puniendus videtur; & mortis pœnam pro delicti multiplicitate impoſitam à iure dicas; vt in. *l. capitalium*. 28. §. *ſolent. D. pœn. l. ſeruos.* 8. C. *ad leg. Iul. de vi publ.*

Actiones pro furto.

I. Actio furtiua pœnalis ad pœnam ciuilem, vel criminalem tantùm aduersùs furem. § *furti actio. hoc tit.* & datur cui intereſt rem non eſſe furatam. II. Con-

897 dictio furtiua Perſonalis pro re, & illa conſumpta, pro eius valore aduersùs furẽ, eiuſque hæredem. *l. Ancillæ.* 12. *l.* 13. *C. de furt. l. ſi pro fure.* 7. *l. in re.* 8. C. *de condict. furt.* & datur domino proprietatis, etiam aduersùs ſurripientem fructus rei locatæ. III. Eſt rei vendicatio realis data domino aduersùs quemcunque, etiam bonæ fidei poſſeſſorem, vel quaſi detentorem rei furtiuæ; puta emptorem bonæ fidei, cui nec pretium ſolutum ſit à domino. *l. inciuilẽ.*

898 2. *l. ciuile.* 5. *C. de furt. l. mater.* 3. *l. ſi mancipium.* 24. *C. de rei vind.* Licèt hic poſſit agere aduersùs venditorem pro euictione, qui ſi ſcienter emerit, vel inſolutum acceperit, fur dicitur. *d. l.* 2. & 5.

Rapina

II. Delictum priuatum. Eſt oblatio rei palàm facta inuito domino. Per Tò *palàm* diſtinguitur à furto, quod fit *clàm. L.* 1. *D. de furt.* Non comprehendit raptum fœ-

899 ſœminæ, qui eſt delictũ publicũ. *l. vn. C. de rapt. Virg.* §. *itē lex Iulia de vi publ. inſt de publ. iud.* In reliquis regulatur, vt furtũ.

Pœna Rapinæ

ALia Ciuilis, alia Criminalis . Ciuilis intrà annum vtilem in quadruplum ; in quo quadruplo ineſt ſimplum: Poſt annũ in ſimplum. *l.* 1. *l. Prætor ait.* 4. §. *idcirco. D. de vi bonor. rapt.* Nec ex eo, quia pœna quadrupli debetur tantùm intrà annum, non poſt; arguendum mitiùs puniri Rapinæ delictum grauius, quàm Furtum leuius delictum; nàm id eſt vt extimulentur ad
900 agendum Domini rei raptæ, qui Conſcij raptorum nõ agentes ſunt in culpabili mora; non ſic in Dominis rei furatæ, quos latent fures . Criminalitèr punitur Gladio, & actione legis Iuliæ de vi publica, & priuata.

Lex Aquilia

AB Aquilio Tribuno introducta, & dicta. *l.* 1. *D. ad l. Aquil.* III. delictum priuatum eſt de diminutione Patrimonii, *l. Aquilia* punitur. *l. damnum.* 3. *D. de*
901 *damn. infect.* Triplici capite. I Punitur occidens Seruum, vel Pecudem; ſcilicet animantia gregatim paſcentia. II. Interuertẽs alicuius particularis vtilitates. *tit. D. & C. ad l. Aquil.* Quod ſecũdũ caput receſſit ab vſu. *l. ſi ſeruus.* 27. §. *ſerui.* 3. *D. ad l. Aquil.* III. puniebantur vulnerantes animãtia, de quibus in primo capite, & effrangendo, vrendo, aut aliter damnificantes. *l.* 2 *l. ſi ſeruus.* 27. §. *tertio. D. eod.* Poteſt etiã

Digitized by Google

901 pro dãno paſſo agi, iuxtà materiæ capacitatem, actione *Iniuriarum*, vel. *l Cornelia de Sicariјs.l.ſi ſeruum.* 33. *D.ibid.*

Pœna.

IN primo capite ſoluitur ſumma æſtimatio rei occiſæ pro toto anno; conſiderato eo, quod lucratus eſſet occiſus; puta ſi in-
903 ſtitutus hæres, ante aditionem ſeruus occidatur. *l.inde Neratius.*23. *D.ad l.Aquil.* In tertio capite ſummus valor rei pro 30. diebus proximis. *l.ait lex.* 25. §.1 .*d.l.* 23.§.*idem Iulianus.l.ità vulneratus.*52.§. *æſtimatio.D.eod.*

Iniuria

EST, quæ fit contra ius alterius. *l.*1. *D de iniur.Re, Verbis, Litteris, Geſtu* fieri poteſt. *l.Item apud Labeonem.*15. *D.de iniur.l.vn.C.de famoſ. libell.* Iniuriæ graui-
904 tas intenditur, minuitur iuxtà circumſtantias, rei, loci, perſonarum; & ſic, leuis, grauis, grauior, atrox, atrocior datur iniuria. *d.l.*15.§.*hoc edictum.u.quod ait prætor.*7.*in fin. D.de iniur.*

Quando facta vni eſt facta alteri.

RAtione affectus, vel Poteſtatis iniuria facta vni, alteri irrogatur. *l.*5.*l.ſi quis.*26.*D.de iniur.* Sic iniuria *Patris* afficit filium; & è contrà; & filio competet actio ſi
905 nemo patris nomen experiatur. *l.item apud.*11.§.*fin.D.ibid.* Iniuria ſerui, vel famuli, afficit dominum. *d.l.*15.§.*ſi quis ſeruo.* Facta vxori eſt facta marito. *l.*1.§.*idem ait.D.ibid.* Nõ tamen è contra, quoad agẽdum; cum Vxor nequeat agere pro viro.

*l.*2.

l.2. D.de iniur. Licèt ſi iniuria ſit communis, poſſit agere nomine proprio. *Natt. cõſ. 60. n.1.* Illata diſcipulo in contumeliam Præceptoris, Socio; eſt illata Præceptori, Conſocio itineris. *l. ædiles. 23. §. Pedius. D.*
906 *de ædil. edict. Alex. ad Bart. in d.l. 15. §. ſi quis ſeruo.* Facta coniuncto, eſt facta alijs de eadem cognatione vſque ad 6. gradum; quibus omnibus competit actio contra iniuriantem. *Bart.* in, & ex. *l. lex Cornelia. D. de iniur.* Facta clerico, monacho, ciui, alicui ex collegio, cadaueri, vel famæ defuncti; eſt facta Eccleſiæ, & Epiſcopo, cui competit actio criminalis, etiam remiſſa iniuria à clerico. Videſis. *Bart.*
907 *in l. 1. §. item ait. D. de iniur.* Monaſterio, Ciuitati, Collegio, Hæredi. *l. 5. u. & ſi fortè. D. ibid.* In dictis actio ab vno intentata non tollit actionem alterius. *d.l. 1. §. fin.* & admittitur etiam fœmina proſequendo ſuam, vel ſuorum iniuriam, deficientibus alijs. *Fran. dec. 381. n. 5.*

Pœna Iniuriarum

DVplex. I. ciuilis; æſtimatio ſcilicèt iniuriarum ab iniuriato cum iuramento faciendo, ab iniuriante ſoluenda; & excedens à Iudice temperanda. *l. Prætor. 7. §. ſi mihi. u. poſſe, l. conſtitutionibus. 37. l. 17. D. de iniur.* II. *Criminalis* arbitraria ſecundùm iniuriæ grauitatem infligenda fuſtibus, relegatione, depoſitione ab officio. *l.*
908 *Diuus. 40. l. qui iniuriarum. 43. D. de iniur. l. lex Iulia. 7. § hodie. D. ad l. Iul. repetund.* & quandoque vſque ad mortem; vt

in libello famoſo. *l. vn. C. de famoſ. libell. Affl. in. c. 1. § . i niuria. de iuram. pace firm. nu. 3.*

Vtraque actio pœnalis eſt ad vindictam iniuriantis; & ſic vna electa altera tollitur. *l. quod Senatus conſultum. 6. in fin. D. de iniur.* Ne bis puniatur Reus. *l. Senatus. 14. D. de accuſat. l. Sanctio. 41. in fin. D. de pœnis.* in quo differt ab alijs delictis, in qui-
909 bus licèt criminalis vltio intendatur. *l. vn. C. quand. ciuil. act. crim. praiud.* iudiciũ tamen ciuile non eſt ad vindictam applicandam parti, ſed ad reparationem damnorum, etiam in conſcientia ſoluendorũ ſine lite. *Farin. p. 3. prax. crim. q. 105. in ſp. 2. n. 30.*

Extinguitur iniuriarum actio. I. *Remiſſione* tacita, vel expreſſa. *l. non ſolùm. 11. §. iniuriarum. D. de iniur. II. Praſcriptione* vnius anni. *l. ſi non conuicij. 5. C. de iniur.* niſi ſit ad illam retractandam per Palinodiam; tunc enim etiam ab hæredibus iniuriati per 30. annos intentari valet, tanquàm
910 perſecutoria rei; ſcilicet reparandi honoris, famæ: & actiones perſecutoriæ rei, etiam Prætoriæ ſunt perpetuæ. *l. in honorarijs. 34. D. de act. & oblig. III. Morte* omnia diſſoluente. *l. in ſententijs. 19. l. iniuriarum. 13. 15. §. iniuriarum. D. de iniur.*

Quaſi delictum, & eius pœna.

QVaſi delictum eſt, ſi abſque directa voluntate, ſed negligentia, imperitia, ludo indirectè volens, quis damnificet al-

te-

911 terum. *l. ex maleficijs. 4. § ſi quis abſentis. §. ſi iudex. D. de act. & oblig.*

I. Quaſi delinquit iudex ex imperitia malè iudicans. *d. §. ſi iudex*, qui facit litem ſuã .ſ. litis onus ſubſtinet, & arbitrariè punitur. *d. § ſi iudex*. Poteſt tamen impunè ſequi opinionem probabilem relicta com-

912 muniori, maximè ſi ei vera videatur. *Exod. 23. ibi: Nec in iudicio plurimorum acquieſces ſententiæ; & rationibus, ac legibus, non authoritate deſtituta ratione, iudicandum.*

Huc reducitur medicus ex imperitia malè curans; quod munus apud Romanos, rudi illo ſeculo, ſeruis ſolis demandabatur, & ſic

913 ſeruile. *l. Thais. 42. §. Lucius. D. de fideic. liber. l. alimenta. 16. §. 1. D. de alim. & cib. leg. l. 1. §. ne autem. C. de com. ſer. manum. l. ſi duobus. 3. C. comm. de leg.*

II. Eijciens aliquid è feneſtra lædens tranſeuntes eſt quaſi delinquens. *l. 1. §. hac in factum. D. de his, qui deiecc. vel effud.*

III. Stabularij, Caupones, Nautæ ex negligentia, ignorantia exercentes proprium munus quaſi delicto tenentur. *l. 1. l. licet. 6. §. in factum. D. nau. caup. ſtabul.* qui omnes in duplum damni actione in factum tenentur. *d. §. in factum.*

Delicta publica.

SVnt, quæ à quouis de populo accuſari valent, & bonum publicum Temporale, aut Sacrum lædunt; & ſunt illa, quæ à le-

914 gibus, vt talia plectuntur. *l. plagij. 13. C. ad l. Fab. de plagiar. l. 1. D. de publ. iud. l. 37.*

§.*Iulianus.D.de recept.arbitr.* Capitalia
dicuntur, quæ capitis puniuntur naturali,
vel ciuili diminutione; Non capitalia mi-
tiori pœna, fuſtigatione, infamia, &c.§.1.
& penult.inſt de pub. iudic. Sũt autem hęc
publica flagitia tredecim. *I.*Maieſtatis læ-
ſæ.*II* Adulterium. *III.* Homicidium. *IV.*
915 Parricidium. V.Falſi.*VI.*Vis publicę.*VII.*
Vis priuatæ. *VIII.*Plagiatus.*IX.* Ambitus.
X.Repetundarum.*XI.*Annonæ *XII.* Reſi-
duorum. *XIII.* Præuaricatio,Apoſtaſia,
Hæreſis.*l.Manichæus.4.C.de hæret.*& *Ma-
nich.l.Apoſtatarum.3. C.de Apoſt.*

Læſæ Maieſtatis crimen, & eius Pœna.

HOc crimen ſolo affectu committitur. *l.
quisquis.5.*ibi.*cogitauerit.C.ad l Iul.
Maieſt.*à ſolis ſubditis,non ab alijs, puta
916 Regibus. *Clem. Paſtoralis.* §. *deniq.u-
rurſus. de ſent.& re iud.*

Punitur morte naturali, confiſcatione bono-
rum,damnatione memoriæ. *l.eorum. 9* §.
*fin.D.ad l.Iul.Maieſt.l.quisquis.1.l.6.C.ad
l.Iul.Maieſt.*

Adulterium

CRimen publicum fœdiſſimum.*l.1.D.de
publ.iud.* Vitæ fidem,& Sobolis tollens
certitudinem. *c.quid in omnibus.* 16.32.*q.*
7.alieni Tori Violatio. *l.inter liberas.6.l.*
917 *Stuprum.34.D.ad l.Iul.de adul.*

Matrimonio conſtante vxorem adulteram
vir tantùm accuſat. *l.miles.11.l.conſtante.
26.D.eod.* ne alius turbet pacem coniuga-
lem; niſi priùs accuſare velit maritum, vt
Lenonem. *Auth.ſed nouę iure. C. ad l.Iul.*

918 *de adult*. Soluto autem matrimonio, et iã accuſat; ſed maritus præfertur. *l.2. § penult.l.3.4.15. D.eod.*

Pœna Adulterij

ERat lapidatio. *Geneſ.38.n.24.Leuit.cap.20.n.10.Deut.c.32.n.35.* iure ciuili varia, & in.*l.ſi quis.5.D.de quaſt.l.qui cum.4.§.Adulterij. D.de re milit.* eſt deporta-
919 tio, & relegatio; & adulterio damnatus nequit eſſe teſtis. *l.ſcio.14.l.ex eo.18. D.de teſtib.* deindè ex *l. quamuis.30. auth. ſed hodie.C.ad l.Iul.de adult.l.tranſigere. 18. C.de Tranſact.* Vir adulter morte punitur;
920 Mulier verberibus ceditur, & detruditur in monaſterium; vt ſi velit maritus illam intra biennium poſſit repetere. Hodie vſus aliud obtinuit.

Homicidium

ESt Hominis, etiam in vtero viuentis cuiuſuis ſexus cædes ab homine facta. *l. ità vulneratus.52. D.ad l.Aquil.* Et facta
921 ab Animante dicitur *Pauperies.tit. D.ſi quadr.paup.feciſ.dicat.*

Duplex. Vnum directè conſultò voluntarium. Alterum caſuale indirectè voluntarium, *tit.Decretal.de homicid.volunt. vel caſua.* Voluntarium alterum doloſum, quod eſt verè delictum. *l.1. l.Diuus. 14.l. qui cadem.17.D.ad l. Cornel.de Sicar.* Al-
922 terum non doloſum præter directam, ſed culpatam occidentis intentionem, factum. *l.5.l.eum qui.5.C.ad l.Corn.de Sicar.* quod extraordinaria pœna homicidij arbitrio iudicis puniendum. *l.in lege.7.D.eod.*

Qua

Qua ratione fit. I. intendentem Verbera ſeriò occiſionem prohibendo, ſi mandatarius fines mandati excedendo occidat, nõ eſſe ordinaria pœna *l. Cornel. de Sicar.* puniendum; Nàm delictum non eſt ſecutum eius voluntate, nec eius dolo; ſed ad ſummum eius culpa, quia tenebatur aduertere;
923 quæ culpa *l. Cornel. de Sicar.* non punitur *l.* 1. ibi. *hominis occidendi cauſa. l. in lege.* 7 D. *eod. l. is qui.* 7. *C. eod.* & delicta ex voluntate, & fine delinquentium diſtinguntur. *l. qui iniuria.* 55. *l. uerum.* 25. *D. de furt.*

Nec refert Proteſtationem contrariam facto nihil operari. *c. cum M. Ferrarienſis.* 9. *de conſtit.* Nam id eſt quando quis ponit factum, & proteſtatur ſe nolle ponere; tunc enim intrat regula. *Facta nequeunt haberi pro infectis. l. in bello.* 12 §. *facta. D. de*
924 *capt. & poſth.* At in re noſtra proteſtans, ſe nolle occiſionem illam non ponit, nec illius cauſam; cum poſſit eſſe vulnus ſine occiſione; vt docent contra. *Clar. in* § *fin. q* 89 *n.* 4. *Couar. in Clem. ſi furioſus. de homic. p.* 2. §. 7. *n.* 3. *de Marſil. conſ.* 7. *n.* 54 *& ſing.* 170.

Et licèt mandans fiat irregularis. *c fin. de homic. in* 6. non ideò puniendus hac pœna *l. Cornel. de ſicar.* cum irregularitas ex homicidio voluntario, ex culpa dante cauſam
925 morti, cõtrahatur. *c tua nos.* 19. *de homic.* at pœna *l. Cornel. de Sicar.* tantùm ex dolo malo, vt ſuprà citata iura autumant.

Nec refert, effectum ſecutum, vt eſt homici-

dium

dium ex vulnere, imputandum danti operam rei illicitæ. *c. ſicut. 20. de homicid.* Nàm,
916 verum id eſt, quādò effectus per ſe directè immediatè ſequitur ex illa re; at in re noſtra ab exceſſu mandatarij, non ex re mādata ſequitur homicidium.

Fit. II. Volentem occidere Seium, ſi occidat alium caſu prætereuntem, eſſe in culpa, nō in dolo reſpectu occiſi, & extraordinariè puniendum *l. eum, qui.* 18. *§ ſi iniuria. D. de iniur. l.* 1. *§. Diuus. D. ad. l. Cornel. de ſicar.*
927 *Menoch.* 2. *de arbit. cent.* 4. *caſ.* 324. contra *Bart. in l. reſpiciendum. § fin. D. de pœnis.* Probatur I. ex *l. illud.* 3. *§ fin. l. ſi cum ſeruo.* 4. *D. de iniur.* Vbi non facit iniuriam liberè percutiens credens eſſe ſuum ſeruum. II. Reſpectù occiſi non eſt voluntaria actio, ſed ex errore tollente conſenſum. *l. ſi per errorem.* 15. *D. de iuriſd. omn. iud.* Nec occiſor vult occidere hominem vt ſic, qui nullibi eſt, ſed talem, puta hoſtem: Vndè reſpe-
928 ctù illius, non alterius mors eſt directè volita; vt docent plures apud *Tiraq. de pœn. tempor. cauſ.* 14. *nu.* 4. *Maſcard. lib.* 2. *de prob. concl.* 864. *num.* 6. nonnulli apud *Farin. par.* 4 *prax. tit. de homic. q.* 125. *num.* 152. contra *Bart. lo. cit. Clar. §. homicidium n.* 6. *Facchin.* 1. *contr. c.* 57.

Nec obſtat, vt putat *Harppr. l. eum, qui nocentem § ſi iniuria. D. de iniur.* vbi datur actio iniuriarum aduersùs illum, qui putans aliū
929 eſſe, iniuriauit. Ergo etiam actio *l. Cornel. de ſicar.* aduersùs occidentem vnum, putantem eſſe alterum.

Nàm

Nàm reſpondetur illud currere, quoad pœnã ibi arbitrariè datam pro iniuria; quæ pœna etiam minuenda ſi vera deſit voluntas; at non currere in *l. Cornel. de Sicar.* cuius pœna non eſt arbitraria; vndè talis occiſor

930 puniendus extraordinariè. *Gram. vot.* 21. *num.* 18. idem dicas ad *l. doli* 5. *D. de ſeru. corrup.* Et ad *l. ſi quis* 38. *verſ. qui abortionis. D. de pœn.* vbi dans amatorium poculum ſupremo punitur ſupplicio ſi indè mors ſequatur; dicas id eſſe in odium artis damnatæ, & mortis illatæ, & ſic ob geminatum flagitium.

Pœna

EST mors naturalis. *Geneſ.* 9. *num.* 6. ibi. *fundetur ſanguis illius. Exod.* 21. *n.* 12. ibi. *morte moriatur. Matth.* 26. *num.* 52.

931 *Ioan.* 13. *num.* 10. ibi *Gladio oportet occidi. l. qui cædem.* 16. *D. ad l. Cornel. de Sicar. l. ſi quis.* 8. *C. ad l. Cornel. de ſicar.* Idq; in cuiuſcunq; conditionis homicida. *Deuter.* 1. *num.* 17. Et ſtatutum, vt pecuniariè puniatur homicida non tenet; ne vita homi-

932 nis ſit Venalis. *Clar. lo. cit. num.* 8. Expectet ergo homicida, quod fecit; vt loquitur *tex. in l. nemo.* 3. *C. de Epiſc. audien.*

A qua pœna excuſantur omnes dolo carentes. *l. in lege.* 7. *D. eod.* & ſic infantes, furioſi, dormientes non data opera, vt occidant. *l.*

933 *infans.* 12. *D. eod. l. pœna.* 9. *in fin. D. ad l. Põp. de parric.*

Quod ſi patrato delicto delinquẽs incidat in amentiam; putauerim, illum non puniendum, ne indefenſus condemnetur ille, qui

for.

934 fortè ex cauſa rationabili defenſionis inculpatæ occiſit. *Bald. in l ſi furioſum. C. qui teſtam. facere. Gom. 3. var. c. 1. n. 72.* contra *Roman. in d. l. ſi furioſum.*

Parricidium, & eius Pœna.

EXecrandum hoc quartum crimen publicum continens parentis occiſionem contra iuſtitiam, & pietatem, plectitur in *l. 1. D ad l. Pomp. de Sicar.* qua lege etiam
935 mater occidens filium, & occidens fratrem, ſororem patruelem, patruum, priuignum, nurum, ſocerum, patronum (licèt tantùm occidens parentem, & filios puniatur, vt Parricida, alij *l. Cornel. de Sicar.*) cõprehenditur; & id non olim quandò poterat impunè filium occidere cuius accuſatio eſt impræſcriptibilis etiam tempore immemorabili. *l. fin.* ibi. *ſemper accuſatio*
936 *permittitur. D. ad l. Pomp. de Parricid. l. in cognitione. 12. D. ad Syllan. Decian. lib. 3. c. 6. num.* 10. contra *Cuia. 4. obſer. c. 14.*

Pœna I. fuit *Cullei*; qua Parricida Vtre, ſiue Sacco ex corio incluſus in mare proijciebatur. *Cic. orat. pro Sex. Roſc. Alex. ab Alex. die. genial. lib. 3. c. 5.* II. Culleo addita fuit Vipera, & Simia. III. iſta
937 pœna recedente comburebatur viuus, vel beſtijs obijciebatur. *Paul. ib. 5. ſent. tit.* 24. IV. à Conſtantino iterum repoſita pœna cullei cum cane, vt occiſoris arguatur infidelitas, à quo etiam dedecoretur; Gallo viperæ infeſto, vt cantu excitet fortè deficientem Rei animum; Vipera quaſi ſimili notata delicto, & vt horrorem occiſori incu-

cutiat;Simia,vt doleat ſe nõ,vt Simia amat, amaſſe prolem, & nihil humanitatis habuiſſe exhorreat;& vt *terra*, *& Cælũ mortuo auferatur.* vt loquitur. *l.vn.* C.*de his*
938 *qui Parent.vel Liber.occid.*Etſi in mare proijci nequeat, beſtijs obijcitur. *l.penult.* *D.ad l.Pomp.de Parric.*Cic.*ibid.*Quæ ſeueritas hodie receſſit ab vſu, vniuſcuiuſque regionis moribus in iſtos criminoſos diuerſimodè ſæuientibus.

Crimen falſi, & eius pœna.

COmmittitur crimen hoc, quando quis alterum, veritatem immutando, occultando, verbis, ſcriptura, &c. decipit. *l.1.l.*
939 *quid ſit falſum.23.D. ad l. Cornel. de falſ.l.nec.10.C.ad l.Cornel.de falſ.*

Pœna introducta à Cornelio Sylla dictatore. *l.2.§.capta.D.de orig.iur.*Eſt deportatio,& confiſcatio bonorum omnium; & poteſt deueniri ad manus amputationem, ad relegationem ad tempus *l.falſis.15.§.1.l qui*
940 *duobus.21.l.fin.*C.*eod.*Et etiam ad mortẽ pro qualitate delicti.*l.vbi.22.*C.*eod.* *l.2.*C. *de falſa mon.*

De octo alijs nihil ſpeciale occurrit; quæ tamen ad eruditionem videas in *tex. lib. 4. inſt.in fine.*Nobis autem ſe ſe offert

Hæreſis

ENormiſſimum crimen conſiſtens in errore volũtario pertinaci contra notam Fidei Catholicæ veritatem. *tit. Decret. de hæret.* Et ad pertinaciam conſiſtentem in firmum nolle aſſentire Eccleſiæ, non requiritur monitio, cuius finis ceſsat in per-

tina-

941 tinace, cui notum eſt, quod ſentit Eccleſia. *c.cum contumacia.7 de haret. in 6. Sanch.b decal.n.4 c.7.* contra. *Alciat. & Aragon.* Quæ pertinacia, aut hęreſis tollitur proteſtatione non contraria facto.*cap. dixit.28.q.1.*

Dubius in fide voluntariè non eſt hæreticus; cum non erret, nèc ſit pertinax. *Sà.u hareſis.n.*1.contra.B*arb* & 30. *DD.* quos citat

942 *Delbene.*& ad. *c.1.de haretic.*dicas tò *infidelem*, intelligi *priuatiuè*, non verò eſſe hæreticum *poſitiuè.*

Suſpecti de hæreſi violentè, quæ ſuſpicio habet vim pręſũptionis Iuris, & de iure non admittentis probationem in contrariũ, niſi indirectè, ſcilicet contra teſtes.*c.quicunq; 2.c filii.3. de haret. in.6.* poſſunt condemnari; quod ſi leuitèr, aut vehementer ſint

943 ſuſpecti non poſſunt condemnari; Cum hæ ſuſpiciones non plenè probent, niſi in maleficjis. *c accuſatus.* 8. *ibid. Menoch.*1. *praſump.q.*100.*n.*11.

Et damnati de violenta, publicè coram populo debent hæreſim, authores, & libros deteſtari, etiam in futurum iure iurando

944 promittendo, ſe fidem catholicam ſecuturos; & deteſtationis forma eſt in. *c. Ego Berengarius. diſt.* 1.expreſſa: debet eſſe in ſcriptis; ex *conſt. Iulii.II*

Spiritualis. I.eſt excomunicatio reſeruata Papæ etiã occulta, ex declaratione Pij V.& aliorum.II.Irregularitas, ſcilicèt inhabilitas ad beneficia habenda, & priuatio illorum, quæ habentur. *c.didicimus.25. q.1.c.*

945 *ſaluberrimum.* 1. *q.* 9. III. Infamia. *v. infames.* 6. *q.* 1.

Corporalis pœna eſt denaſtatio domus, carcer, fuſtigatio, triremis, exilium; & mors in pertinacibus relapſis. *Extrau. vnam. de maior. & obed Farin q.* 195 Exceptis Dogmatiſtis, ſcilicet magiſtris errorum; qui nō affliguntur morte, vt alios ad veritatem trahant. *d. c. ego.* Dicti puniendi traduntur brachio ſeculari; vndè Eccleſiaſticus de-
946 gradandus *Realiter* ſi morte plectendus. *c. ad abolendam. de haret.* qua degradatione amittit priuilegium fori, & canonis. *c. degradatio. 2. de pœn. in. 6. Verbaliter,* ſi aliter puniendus. *d. c. degradatio*; quæ degradatio eſt idem, ac depoſitio, qua priuilegia fori, etc. non tolluntur. *d. c. degradatio.*

Temporalis pœna eſt Priuatio omnis iuris ciuilis etiam iuramento firmati, et iuriſdictionis. *c. fin. de haret. c. quicunque. §. illorum. de haret. in.* 6. Inteſtabilitas actiuè, et paſſiuè; et hæreticus eſt indignus, nō incapax antè ſententiam declaratoriā; cū pœ-
947 næ non incurrantur, niſi poſt ſententiā, *Leſ. 2. de iuſt. c. 19. dub.* 5. Vndè obiens antè ſententiam, non facit locum venientibus ab inteſtato. *l. ſi quis mihi.* 25. *§. ſi quis D de acq. hered.* ſed fiſco. *l. 1. D. de iur. fiſci.*

Filii, et nepotes ex maſculina, filii tantùm ex fœmina linea hæreticorum ſunt irregulares, & inhabiles ad beneficia obtinenda poſt, non obtenta ante hæreſim. *c. quicunq. c. ſtatutum.* 15. *de haret. in.* 6. Priuantur

bo-

948 bonis paternis, etiam quoad dotem, legitimam, alimenta; ſed de habitis poſt hæreſim, non antè, aut fideicommiſſariis, aut aliundè habitis. *c. vergentis. de haret. in. 6. l. manichaos. 4. C. de haret. Farin.* contra *Angel.* volentem dictos, nec poſſe inſtitui hæredes ab extraneo.

Dictæ pœnæ non debentur, niſi conſumato delicto *c. perpetuo. de elect. in. 6. l. interpretatione. 42. D. de pœn.*

Apoſtaſia

Eſt receſſio à primo inſtituto. Triplex; I. *ab ordine*, quæ eſt ſi clericus dimittat clericatum, & ſuſcipiat ſtatum laicum; & includit crimen, ſi id fiat ab ordine minori retentione beneficij, & ab ordine ſacro di-
949 mittens habitum eſt infamis. *c. tua. de apoſt.* Peccat mortaliter. *Trid. ſeſſ.* 14. irregularis, deponendus, & excommunicatus, ſi nubat. *c. praecipimus. diſt.* 34.

II. *A Religione*, quæ eſt ſi Religioſus recedat invito ſuperiore cum propoſito non revertendi; niſi tendat ad perfectiorem ſtatum. *Clem. 1. de elect. Extr. 1. de Regular.*

950 III. *A Fide*, quæ eſt receſſus à tota fide. *c. contra. 13. de haret. in 6.* Et recedens ab articulo fidei eſt hæreticus non Apoſtata. Vndè Hæreſis, & Apoſtaſia non differunt ſpecie, ſed tantùm ſecundùm maius, & minus. *Caiet. 2. 2. q. 10 art. 1.* contra. *Canum. lib. 12. de loc. Theolog.* Apoſtaſia eiſdem pœnis, ac hæreſis punitur. *Innoc. lib. 1. nu. 2. de haret.* Et cum inter dictas pœnas
951 præcipua ſit confiſcatio, ideò hic ſpeciali

Confiſcatio bonorum

EST pœna currens à die commiſſi delicti. *l.manichæos.4.C.de hæret.* Dominium autem rerum ſecuta ſententia, quæ retrotrahitur ad tempus cõmiſſi delicti, non à tali die, eſt penès fiſcum.*c.cum ſecundùm.19.de hæret. in 6.* Et confiſcantur bona conditionalia futura, in quibus conditio retrotrahitur ad diem commiſſi delicti.
952 *l.inter 26.in.fin.D.de pact.dotal.* aut quæ ſunt debita hæredi adeunti titulo hæreditario, ne teſtator decedat partim inteſtatus.§.*hæres,& purè.inſt.de hæred.inſt.* Non autem confiſcatur hæreditas delata non adita, nec ius ipſius, cum non ſit ſub dominio inſtituti; excepto hærede ſuo, non repudiante, qui eſt dominus continuatione dominij *l. vn. C.de his, qui an.apert.tab. Iaſ.*in.*l ſi quis.§.ſeruus.D.de acq.hær.* Nèc debita ſub conditione poteſtatiua, quæ nõ retrotrahitur.*l qui balneum.9.l.11.D qui pot.in pign.* neque legata, fideicommiſſa conditionalia, quæ incipiunt deberi à die
953 purificatæ conditionis. *l.ſubſtitutio.42. D.de acq.rer.dom.l.vn.§.ſin autem.12. C. de cad. toll.* Nec Fiſcus reuocat, quæ reus non vult acquirere.*l.cum.26.D.de iur.fiſc. l.qui.6.D.quæ in fraud. cred.*

Filii delicto, Peculium Profectitium, cum nõ ſit in ipſius bonis non confiſcatur. *l.3.§. ſed vtrum. D. de minor. l.ſi filius.3. C.de bon.proſcrip.* nec Caſtrenſe, vel quaſi. *d.l.3. Couar.2.var.c.8.n.7.* contra. *Rom. & Dec.*
ſub-

954 ſubſtinentes probabiliter oppoſitum.
Nec legitima viuo Patre, cum tùnc non debeatur. *l.* 1. §. *ſi impuberi. D. de coll. bon.* innumeri apud *Sanch.* 2. *decal. c.* 34. *nu.* 4. Aduentitium conſolidatur patri; cum hoc peculium inalienabile, ad extraneos nequeat trãſire vi contractus; ergo nec ad Fiſcum vi delicti. *l. penul. C. qui teſt. face. Boer. d.* 7. *in fin.* & alij; excepto crimine læſæ Maieſtatis; in quo etiam quoad vſumfructum confiſcatur. *l. quisquis.* 5. *C. ad. l. Iul. Maieſt.* cum illicò per capitis diminutionem ceſſet patria poteſtas. §. *cum autẽ. inſt. quib. mod. ius pat. poteſt. toll.* quod de vſufructu in poſt, non ante intelligit. *Mol. to.* 1. *de iuſt. diſp.* 229.

Et *Patris* delicto, filij Peculium profectitiũ non publicatur. *l.* 3. §. *nec eo. D. de minor.* cum illius adminiſtratione, quam habet, nequeat ſine culpa priuari. *l. teſtamento.* 51. *D. de manum. teſt.* Aduentitium confi-
955 ſcatur in illis delictis, in quibus ſoluitur patria poteſtas, & fiſcus durante vita Rei accipit fructus, ad quos Reus ab initio ius habebat. § *finitur. Inſt. de vſufr. l. ſi poſtulauerit.* § *iubet. D. ad. l. Iul. de adult.*

Delicto vnius coniugis non confiſcantur bona alterius; cum culpa ſuum ſequatur authorem. *l. ſancimus.* 22. *D. de pœn. l. ſi quis.* 9 *C. de bon. proſcrip.* Dos tamen ob delictũ
956 Vxoris confiſcatur tantùm in crimine læſæ Maieſtatis, Veneficii, Homicidii, Parricidii, Violentiæ. *l. quinq. D. de bon. damn.* ſed adhùc deberi fructus Viro ad

 ſub-

ſubſtinenda onera matrimonij, adhùc firmi, probat. *l. dotis. 8. D. de iur. dot. l. pro oneribus. 20. C. de iur. dot.*

Confiſcatis bonis Eccleſiaſtici non confiſcantur bona Eccleſiæ. *Clem. 2. de haret.* nec bona extra Iuriſdictionem confiſcantis. *l. libertus. §. penul. D. ad munic.* nec ius Pa-
957 tronatus, aut fideicommiſſum, ad quod teſtator vocauit ſucceſſores in caſu delicti, excluſo indigno delinquente, & Fiſco. *l. Imperator. 12. D. de fideicommiſſ. lib. Menoch. vol. 2. conſ. 91.* cum delinquens nequeat venire contra voluntatem defuncti; ergo nec Fiſcus, qui contra delinquentem, non voluntatem defuncti innocentis, qui liberè poteſt diſponere de re ſua, poteſt venire.

Confiſcata bona tranſeunt in Fiſcum actiuè, & paſſiuè *l. tutoris 2. C. ad l. Iul. de vi publ. l. tutor. 4. C. de ſentent. paſſ.* At debitor confiſcato patrimonio liberatur ære alieno, etiam in conſcientia conſiderata adhùc meliori fortuna; cum fiſcus teneatur ex-
958 tincta obligatione Principalis. *l. ſi debitori. 48. D. de fideiuſſ.* ibi. *quaſi tota obligatio extincta ſit contra eum. l. 1. C. de fideiuſſ. & mandat.* Et hæc de pœnis laicis temporalibus; nunc ad ſpirituales eccleſiaſticas ſe vertat oratio.

DE CENSVRIS.

Cenſura eſt pœna per ſe Eccleſiaſtica. Tò *per ſe eccleſiaſtica,* eſt ad differentiam om-

959 omnium aliarum pœnarum per ſe non Eccleſiaſticarum carentium ratione cenſuræ; quia de iure, vel de facto inflictæ etiam à laico, affligunt; non ſic Cenſura, quæ niſi per ſe imponatur à iuriſdictione eccleſiaſtica de iure, & de facto, nulla eſt.

Septẽplex eſt cenſura, Excommunicatio, Suſpenſio, Interdictum, Irregularitas ex Delicto diuerſa omninò ab irregularitate ex Defectu; illa.n. nõ ceſſat ceſſante Delicto; 960 hæc autem ceſſat amoto defectu; Depoſitio, Degradatio, Ceſſatio à Diuinis. Omnibus nanque competit pœna per ſe Eccleſiaſtica. *Gabriel. à S. Vin. de cenſ. q. 5. & 1.*

Nec officit. *tex.* in. *c. quærenti. 10. de verb. ſignif.* Nàm licèt ibi numerentur prima Alternãtia cẽſurarũ; non tamẽ dicit Summus Pontifex illas tantùm eſſe cenſuras; & ſub 961 Interdicto continetur Ceſsatio à Diuinis: ſub Suſpenſione, Irregularitas, Degradatio, Depoſitio: & ſic expreſſis illis ſpeciebus Alternantibus etiam fuerunt expreſsę pœnæ iſtæ per ſe eccleſiaſticæ; ſicuti ſub ſpecie irrationalis comprehenduntur omnes animantium ſpecies. Nec refert, non omnes eſſe Medicinales; Nam illud tantùm de Excommunicatione decernitur in. *c. 1. de ſent. excom. in 6.* Et omnes pœnæ medicinales ſunt, vt, vel reus, vel alij illius flagitio abſterriti, reſipiſcant.

Diuiditur etiam in cenſurã *à lege*, quæ durat poſt mortem Legiſlatoris; & *ab homine*,

quæ

quæ non incurritur poſt mortem Præcipientis. In *Latam*, quæ exprimitur verbis
962 de præſenti, & de præterito; & *Ferend.i*, quæ fertur per verba de futuro; & in dubio ferenda, non lata præſumitur; vt ſic pœnæ interpretatione leniātur. *l. interpretatione. 42. D. de pœn. l. fin. C. qui bon. ced. c. odia. de reg. iur. in. 6.*

Multa iure requiruntur, vt cenſura afficiat, quæ per ſuas cauſas tradita rem obſcuram dilucidant.

Cauſa effectiua.

POteſtas puniendi tradita fuit Eccleſiæ à Chriſto Domino. *Matth.* 18. Ne Eccleſia perfectum Dei *Monarchicum* Opus, manca, impotens dicatur in flagitioſis puniendis. Punit autem per cenſuras, quæ competunt non ex vi ordinis, ſed ex vi Præla-
963 turæ Eccleſiaſticæ; nam requirunt contentioſum tribunal, cum ſint ſententiæ Iudiciales. *tit. Decr. de ſen. excom.* Illi ergo ſinguli, & omnes Prælati Eccleſiaſtici poterunt ferre cenſuras, ſiuè Seculares, ſiuè Regulares, qui valent Iudicialiter contentioſè cognoſcere de delinquente. Summus Pontifex, & Concilium Generale ab ipſo indictum in toto orbe. Patriarcha, Archiepiſcopus, & eorum Vicarij circa proprios
964 ſubditos, et etiam Vicarius Capitularis: quia vtitur Iuriſdictione Epiſcopali. *c. 1. 2. &. 3. de off. Vic. in. 6.*

Ferre nequit cenſuras Iudex ordinarius non clericus ſaltem primæ tonſuræ. *c. in nona. 16. q. 7.* nec coniugatus. *c. 1. de cler. coniug.*

in.

965 *in.6.* nec non Viator, vt Epiſcopus Beatus: nam cenſura eſt gladius Eccleſiæ Militantis. *Trid.ſeſſ.25.* Nec innodatus cenſuris Suſpenſionis, Excommunicationis. *cap. exceptionem. 7. de except.*

Delegatus Iudex à Summo Pontifice poteſt eſſe etiam laicus; quia hæc poteſtas ab ordine non pendet, niſi ex diſpoſitione iuris canonici humani; Imò poteſt Summus Pontifex de plenitudine poteſtatis, etiam fœminę hanc poteſtatem committere iu-
966 ribus oppoſitis tantùm Verificatis in iuriſdictione ordinaria. *c.noua.10.de pœnit. & remiſſ.c.de Monialibus. 33. de ſent. excomm.* Nam ab ordine non pendet, & prima tonſura eſt tantùm iuris poſitiui. Facitque. *tex.in.c.dilecti.13.de maior.& obedien.* in. *c. dilecti.4. de arbitr.* & poteſt id etiam committere Summus Pontifex non
967 baptizato; hic enim non proprio, ſed delegantis nomine cenſuras ferret.

Iudex debet ſententiam cenſuræ in ſcriptis proferre præmiſſa trina monitione, vel
968 vna pro tribus ſi periculum ſit in mora. *c.reprehenſibilis.26. de appell. c.contingit. 45.de ſentent. excomm.* Et debet exprimi cauſa, propter quam cenſura fertur. *c.ſacro.§ caueat.ibid.c. nemo.2. q.1.* Ita vt ſint ſuſpenſi iudices dictam formam non ſeruantes per menſem. *c.1.§.ſi quis.de ſenten. excom.in 6.d.c.ſacro. § cunq.*

Materia cenſuræ

EST peccatum externum mortale conſummatum cum contumacia. *Matth.8.d.c.*

ſa-

ſacro. ita vt non ſufficiat peccatum merè internũ. *D.Th.*1.2.*q.*1. *ar.*8. Nec externũ deſtitutum contumacia, & incompletum;
969 niſi incompletum flagitium cum contumacia, ſuperior plectere velit. *c perpetuo. de elect.in.*6. Vndè metus iniuſtus grauis, non in odium Religionis, licèt non excuſet à culpa, eximit à cenſuris; quia tollit contumaciam; legibus humanis cum tanto onere non obligantibus, vt ſupra definiuimus. *n.* 8. Contumacia autem eſt contemnere ſuperioris præceptum, & contu-
970 max eſt, qui obedire Iudici contendit. *l. contumacia.* §.*pœnam. D.de re iud. c.certũ eſt.*11.*q.*3. idq; ſiue ſit cõtumacia *Formalis*, quæ eſt propriè contemptus; ſiue *Virtualis*; quæ eſt impropriè contemptus, vt eſt in citato comparere nolente.

Subiectum Cenſuræ

Est baptizatus delinquens; nam hic tantùm eſt contumax; vndè Bruta
971 impropriè cenſurantur, ſumpta cenſura pro Maledictione.

Mortuus autem in contumacia excommuni-
972 cari valet; ſicuti qui commiſſo flagitio fit amens; nam poteſt abſolui poſt mortem. *c. à nobis il'*2. *c.ſacris.*38. *de ſent.excom.* Ergo etiam cenſurari, cum vterque ſit iuriſdictionis actus. Patet ex. *c. ſanè.* 24.*q.*2. *c.ſi quis Epiſcopus.* ibi. *Poſt mortem ei Anathema dicatur. de hæret.*

Illigandus cenſura debet eſſe ſubditus; nam
973 eſt actus ſuperioritatis, & debet exiſtere intra territorium cenſurantis. *c.*2. *de conſt. in.*6.

Po-

Poteſt ſubditus appellare à cenſura lata, deuolutiuè, non ſuſpenſiuè. *c. paſtoralis.* 53.
974 *§. verùm. de appell.* à ferenda, vel à declaratione, ſuſpenſiuè etiam. *c. præterea.* 11. *de appell. c. per tuas.* 40. *de ſent. excom.*

Abſolutio à cenſura.

ABſoluit ferens, & niſi ſit reſeruata, quiuis confeſſarius. *c. nuper. de ſent. excom.*
975 *Suar. diſp. 9. ſect. 3. Sylu. v. abſolutio. 1. n. 3.* à reſeruatis verò abſoluit ſibi reſeruans, vel cui ipſe facultatem dedit: Et ſic Epiſcopus regulariter abſoluit illos, qui nequeũt Papam adire. Talis eſt exiſtens in periculo mortis *c. quamuis. 58. c. quod de his. 26. ibid.* fragilitate ſexus, ætatis, ſenectutis aliter impotens ad itinerãdum. *d. c. quamuis.*
976 *c. mulieres. 6. ibid.* Habens dominium tẽporale, aut ſpirituale animarum; quando ex ſua abſentia cauſa cenſuræ abſoluendæ, vaſalli, aut oues graue damnum paterentur. *c. de cætero.* 11. *ibid.* Qui non eſt ſui iuris, vt filiusf., ſeruus. *d. c. mulieres.* Paupertate preſſus, niſi ſit mẽdicus. Vltimò omnis alius impeditus, prudentis viri arbitrio decernente impedimentum. *Tander. to. 4. diſp. 6. q. 10. pu. 6.*

Abſolutus ex tali impedimento, niſi ſit impubes, ceſſante impedimento debet ſe præ-
977 ſentare Pontifici ſaltem per Procuratorem; ſecus in mora, reijncidit in excõmunicationem. *DD.*

Abſolutus verò per Iubilæum, pro foro inter-
978 no, re vera eſt abſolutus, & poteſt ſe gerere, vt non excõmunicatus etiam

pro

pro foro externo, coram illis, quibus nota eſt abſolutio obtenta, debetque petere vt pro foro externo tollantur cedulones, & parere mandatis Curiæ. *Suar. de cenſ diſp. 9. ſect. 5.*

979 Quando quis poteſt abſolui ſatisfacta parte talem ſatisfactionem debet præmittere, dummodo non ſit impoſſibilis; nàm impoſſibilia ſuperior exigere nequit, vt ſupra probauimus. *n.* 8. Et hæc de cenſuris in genere; nunc de ſingulis in ſpecie dicendum.

Excommunicatio

980 Est pœna eccleſiaſtica priuās cōmunione eccleſiaſtica; hoc eſt illis, quæ emanāt ab ipſa Eccleſia, vt Satisfactio, Impetratio, Suffragia. Quę participatio eccleſiaſtica includit etiam Politicam. *c. ad menſam.* 11. *quæſt.* 3.

981 Diuiditur in Maiorem, & Minorem. Maior priuat participatione actiua, & paſſiua; ita vt excommunicatus tali excommunicatione nec poſſit dare, nec recipere Sacramenta. Minor tantùm paſſiua, & electione ad eccleſiaſticas dignitates. *c. ſi celebrat.* 10. *de cler. excom. min. c. ſi quem. pen. de ſent. excom.* nomine excōmunicationis venit maior, nō minor. *d. c. ſi quē. c. iuuenis. de ſpōſ.*

982 Innodatus minori excommunicatione miniſtrans Sacramenta alijs peccat venialiter, ſecundùm *Caiet. u. excōmunicatio minor.* Nec venialiter, vt vult. *Nau. c.* 27. *nu.* 24. *Henriq. lib.* 13. *c.* 3. *Suar. de cenſ. diſp.* 24. *ſect.* 2. Nec celebrando fit irregularis. *d. c. ſi celebrat.*

Ex-

Digitized by Google

Excommunicatio maior ſiue à lege, ſiue ab homine requirit peccatum mortale externum cum contumacia. *c. nemo epiſcoporum.* 11 *q.* 3. *c. ſi habes.* 24. *q.* 3. Ita vt pro veniali
983 ferri nequeat. *Trid. ſeſſ.* 17. *c.* 3. Eſt enim pœna grauis delictum exigēs graue, vt pro menſura delicti ſit, & plagarum modus.

Præmittenda eſt denunciatio. *c. peruenit il* 2.
984 *de appel. clem.* 2. *de pœn.* ita vt cōcedatur defendendi locus. *c. ſuſceptis.* 1. *de poſ. & prop.*

Excommunicari valent omnes ſubditi cuiuſcunque etiam Imperialis, ac Regalis di-
985 gnitatis: Non verò Collegium, Vniuerſitas; licèt hæc ſuſpendi valeant. *c. Romana de ſent. excom. in.* 6. Idque etiam ſi omnes, & ſinguli nominentur. *Turrian. lib.* 2. *de cenſ. diſp.* 23. *dub.* 2. Poſſet tamen Superior diſtinctis ſententijs ſingulos excommunicare; nam in. *d. c. Romana.* prohibetur, vnica ſentētia excommunicari Vniuerſitates.

Si tamen conſtaret in probatis omnes, & ſingulos de collegio deliquiſſe, & ſic neminem eſſe innocentem, vt poteſt eſſe in col-
986 legio peccatorum; poteſt excommunicari, ſingulis nominatis; nam ceſſat finis, ne innocens puniatur in. *d. c. Romana.* vbi *gloſ. u. penitus. Alter. lib.* 3. *diſp.* 10. *c.* 6. *u. dico ſecundò.* Sicuti excommunicatio lata contra ferentes arma extrà collegium ligat omnes de collegio, ſi omnes deferant arma. *Sot. in.* 4. *diſt.* 22 *q.* 2. *art.* 1.

Digitized by Google

Excommunicationis effectus.

I. MAior excommunicatio priuat participatione Sacramentorum actiua,
987 & paſſiua. *c. apoſtolica. 9. de cler. excom. min. c. ſignificauit. 18. de ſent. excom.*
II. Priuat ſuffragijs Eccleſiæ. *c. à nobis il 2. c. ſacris. 38. ibid. c. alma mater. 24. eod. tit.*
988 *in* 6. Ita, vt nec pro excõmunicato queat offerri oratio publica, nec ſacrificiũ in perſonam Eccleſiæ. *d. c. à nobis. Nau. c. 27. nu.* 36. III. Priuat communione; ita, vt coram, & cum excommunicato non tolerato nequeant diuina officia exerceri. *clem. 2. de ſent. excom.* licèt celebrans communicans
989 excommunicato vitando, non fiat irregularis. *c. is qui. ibid. in. 6.* IV. Excommunicatio priuat iuriſdictione; ità, vt ſuſpendat, quam inuenit, & irritet acquirendam poſt excommunicationem. *c. audiuimus. 24. q. 1. c. decernimus. 8. de ſen. excom. in. 6.* V. Reddit inhabilem ad officia eccleſiaſtica, & beneficia. *c. cũ bona. 8. de æt. & qual.*
990 Et excommunicatus priuatur fructibus beneficij pro tempore excõmunicationis. *c. paſtoralis. 53. de appel.* & redditur incapax ad noua beneficia, licèt non priuetur obtẽtis. *d. c. paſtoralis. in fin. c. poſtulaſtis. 7. de cler. excom.*
VI. Priuat eccleſiaſtica ſepultura. *c. ſacris. 12. de ſepult. d. c. à nobis. il 2. clem. 1. de ſepult.* licèt excommunicatus moriatur contritus.
991 *d. c. à nobis.* Satis tamen eſt, ſi in articulo mortis à quolibet Sacerdote abſoluatur. *c. fin. de ſepult.* Et ſi ſepeliatur, Eccleſia polluitur;

luitur ; eſtque exhumandus, & proijciendus. *c. conſuluiſti. 7. de conſecr. eccl. vel alt.* Et ſepeliens proprijs manibus excommunicatum in loco ſacro peccat mortaliter. *Abb. in d. c. ſacris.* eſtque excommunicatus. *d. clem.* 1. ſi excommunicatum vitandum ſepeliat.

VII. Priuat communione forenſi; ita, vt iudices excommunicati nequeant licitè, & validè iuriſdictionem exercere. *c. decerni-*
992 *mus. 8. de ſent. excom. in. 6. c. nos ſanctorum. 15. q. 6.*

Actor excommunicatus nequit agere. *d. c. decernimus. c. Pia. 1. de excep. in. 6.* Et reus
993 excōmunicatus poteſt conueniri, & debet per alium reſpondere. *c. intelleximus. 7. de iud.* excommunicatus teſtis in iudicio, & extra eſſe nequit; niſi in cauſa hæreſis, & matrimonij. *c. licèt. 14. de ſent. excom. in 6. c. in fidei. 5. de heret. in 6. d. c. decernimus.*

VIII. Priuat commercio politico. *c. nuper. 39. de ſen. excom. c. à nobis. il 2. de except.* de quo illud

994 *Os, orare, vale, communio, menſa negatur.*

Licere reſalutare excommunicatum ait *Henriq. lib. 23. c. 7.* cum *Fill.* & alijs; nàm eſt
995 debitum Vrbanitatis: contradicunt tamen alij.

Communicare cum excommunicato vitando, nō in crimine criminoſo, nō in diuinis,
996 eſt veniale. *D. Th. in 4. diſt. 18. q. 2. Suar. de cenſ. diſp. 16. ſect. 5.*

Excuſatur communicans politicè quinque

Q 2 modis

modis. I. *Ex ignorantia*; & dubitans, an alius ſit excommunicatus, non tenetur abſtinere ab illius commercio; nam excommunicatio eſt facti in dubio non præſu-
997 menda. II. *Ex neceſſitate. c. quoniam.* 11. *q.* 4. idque, ſiue neceſſitas ſit animæ, ſiue corporis; ſiue excommunicati, ſiuè alterius, ſicque poteſt dari eleemoſyna excõmunicato egenti; & ab excommunicato
998 pauper poteſt petere eleemoſynam. III. *Vtilitate* ſiue excommunicati, ſiuè alterius. *c. cum voluntate*. 54. *de ſent. excom.* IV. *Lege* coniugali, patriæ poteſtatis; qua fit, vt pater cum filio, Vir cum Vxore, & è conuerſo colloqui valeat. *D. Th.* 3. *p. q.* 23. *art.* 1. *Suar. loc. cit.* V. *humilitate*, ſcilicèt
999 ſubiectione, qua fit, vt ſubditus cum ſuperiore colloquatur, Vnde illud

Vtile, Lex, Humilis, Res ignorata, Neceſſe.

Abſolutio.

ABſolutio Minoris excommunicationis nemini reſeruatur; & ſic à quolibet Sacerdote tolli poteſt. *c. nuper.* 39. *de ſententent.*
1000 *excom. Dian. p.* 5. *tract* 9. *reſol.* 3. *poſt. D. Th. Sot. in.* 4. *diſt.* 22. *q.* 3. *art.* 2.

Maior excommunicatio non reſeruata, nec in foro cõtentioſo deducta, abſoluitur à quo-
1001 uis confeſſario. *d. c. nuper.* Reſeruata, ab illo, cui reſeruatur; excepto mortis articulo *Trid. ſeſſ* 14. *c* 7.

Regulares excommunicati ab Epiſcopo Delegato Apoſtolicæ Sedis, nequeunt abſolui
1002 à proprijs Superioribus. *Suar. to.* 4. *de relig. tract.* 8. *lib.* 2. *c.* 20.

Su-

Digitized by Google

Suſpenſio

EſT pœna Eccleſiaſtica priuans miniſtrum
Eccleſiaſticum vſu eccleſiaſticæ pote-
ſtatis, & quibuſdam alijs bonis ſpectanti-
1003 bus ad ſtatum Eccleſiaſticum. Triplex
à beneficio, officio, & vtroque. *c. ſanè. 2. de*
off. deleg. Clem. vn. de reb. eccl. non alien.

Nomine officij venit omnis poteſtas ſpiri-
tualis Ordinis, Iuriſdictionis, Adminiſtra-
1004 tionis. *c. perfectis. 1. diſt. 15.*

Suſpenſus ab officio eſt, ſi quis priuetur vſu
officij: qua ſuſpenſione durãte, ſi miniſtret
1005 in Diuinis, fit irregularis. *c. is qui.* 18. *c.*
is cui. 20. *de ſent. excom. in.* 6.

Suſpenſus nequit recipere nouum benefi-
1006 cium. *c. poſtulaſtis.* 7. *de cler. excomm.*
min.

Idem eſt ſuſpendi ab ordine, ac ab ordinibus.
Vndè Suſpenſus ab ordine nullius ordinis
actum exercere poteſt; & eſt ſuſpenſus etiã
à Iuriſdictione annexa ordini ſecundùm
1007 *Sylu. u. Suſpenſio.* licèt oppoſitum do-
ceat. *S. Th. in ſuppl. ad. 3. p. q. 22. art. 3. Ca-*
iet. ve. ſuſpenſio.

Interdictum

PRiuat Sepultura, Diuinis officijs, & vſu
quorundam Sacramentorum. Triplex;
Locale, Perſonale, & Mixtum. c. ſi ciuitas.
12. *c. ſi ſententia.* 16. *c. præſenti.* 10. *de. ſent.*
excomm. in. 6. Locale afficit locum, in quo
prohibentur Diuina. Perſonale perſonam,
1008 cui interdicitur vſus Sepulturæ, recep-
tio Sacramentorum, & aſſiſtere Diuinis
officijs. *c. is cui.* 20. *ibid.* Mixtum, Locale

Digitized by Google

& Perſonale includit. Quod poteſt eſſe *Ambulatorium* tranſiens, ſcilicèt de loco ad locum Subiectum, vbi perſona interdicta peruenit. *c. non eſt nobis.* 11. *de ſponſ. c. dilectis.* 55. *de appell.* Diuiditur etiã in Generale ſi interdicatur Prouincia, Ciuitas; & Speciale ſi interdicatur talis Eccleſia.

Interdictum Locale ſemper infert Perſonale
1009 illius, qui dedit cauſam interdicto. *d. c. ſi ſententia.* 16.

Interdictũ nõ priuat receptione Baptiſmi, Cõfirmationis, Pœnitentiæ, etiam in Parochia interdicta. *c. quod in te.* 11. *de pœnit. et remiſſ. c. reſponſo.* 43. §. *præterea. c. quoniam.* 19. *de ſent. excom. in.* 6. *Sylu. u. interdictum.*
1010 5. *quæſt.* 7. Excluſis excommunicatis, & dantibus cauſam interdicto. *c. Alma mater.* 24. *eod. tit.*

Euchariſtia non abſque neceſſitate, ſed per modum Viatici, etiam cum Solennitate miniſtrari valet tempore interdicti, pulſata Campana ad conuocandum populum, ob maiorem Sacramenti honorem, excluſis excommunicatis, & dantibus cauſam interdicto. *d. c. quod in te.* vbi. *Calder. Conar. in d. c. Alma.* Extrema Vnctio, & Ordo non miniſtrantur tempore Interdicti. *d. c.*
1011 *Alma. d. c. quod in te.* Matrimoniũ autẽ fieri valet. *Sanch.* 7. *de matr. diſp.* 8. *Sylu. v. interdictum.* licèt. *Suar.* velit validè non licitè fieri. *diſp.* 33.

Tempore interdicti prohibentur omnia *Diuina* officia publicè, proceſſiones, exceptis die-

diebus Natiuitatis Domini, Paſchatis, Pẽtecoſtes,, Aſſumptionis, Corporis Chriſti Domini; ſemper excommunicatis, et dan-
1012 tibus cauſam interdicto excluſis *d.cap. Alma mater.* & *bulla Martini V.* & *Leonis X.*

Excluduntur ab Eccleſiaſtica ſepultura etiam infantes, nõ tamen clerici, qui nõ dederũt
1013 cauſam interdicto. *d.c.Alma.* & *d.cap. quod in te.*

Violans Interdictum clericus fit Irregularis,
1014 & priuatur voce actiua, & paſſiua. *c. is qui.1.de ſenten. excom.in.6.*

Ceſſatio à Diuinis

Est Suſpenſio quædam Diuinorum officiorum, Sacramentorum, & rerum ſacratum; Eſt vera cenſura ſecundùm. *Sot.*
1015 *in.4. diſt.22. q.3.* diſtincta ab interdicto, ſecundùm. *Gabr. à S.Vin.*

Duplex, *Generalis* aliquam communitatem; *Particularis* aliquam Eccleſiam afficiens. *Clem.1.de verb.ſign.* Et tempore Ceſſatio-
1016 nis poteſt celebrari eo modo, quo de interdicto diximus. *c.permittimus.57.de ſent.excom.* Et ſine officio, non priuat eccleſiaſtica ſepultura, vt vult. *Hurtad. de cenſ.*

Præbentes cauſam Ceſſationi tenentur reſtituere clericis amiſſas diſtributiones; cum ſint in cauſa damni. *Couar.in. d.c. Alma.*
1017 Formula, & ordo ferendæ Ceſſationis eſt in. *c.ſi canonici.2.de off.ord. in.* 6. & dictos dantes cauſam, peccare eſt certum; An autem id ſit contra Iuſtitiam commu-

tatiuam, an contra obedientiam, vel Reli-
1018 gionem; alijs, noſtra pendente ſententia, decidendum relinquimus.

Clericus tranſgrediens Ceſſationem non eſt irregularis; cum id nullo iure exprimatur. *Monet. de diſtr. p. 2. q. 29.* Regularis verò
1019 tranſgrediens eſt excommunicatus excommunicatione non reſeruata. *Trid. ſeſſ. 15. c. 16. Clem. ex frequentibus. de ſentent. excomm.*

Irregularitas

EST impedimentum canonicum, quoad ſuſcipiendos ordines, vel vſum ipſorũ. *c. 2. de cler. non ord. min.* Tò *canonicũ* indi-
1020 cat irregularitatem à iure canonico introductam; licèt à tempore Apoſtolorum nomen traxerit; ità vt Epiſcopus Bigamus fuerit irregularis. *1. ad Thim. 3. Sua. diſp. 40. de cenſ. ſect. 1.* contra. *Abb. in c. ſicut. de homicid.*

Duplex. Vna ex defectu; altera ex delicto. Ex Delicto ſupponit peccatum homicidij, mutilationis, hæreſis, infidelitatis, iterationis Baptiſmi, infamiæ. Ex defectu non ſupponit peccatum, ſed prouenit ex defe-
1021 ctu animæ ratione ignorantiæ, corporis, deformis, mutilati, defectu ætatis, libertatis, lenitatis, Sacramenti.

Omnis irregularitas debet eſſe expreſsa in iure *c. is qui. 18. de ſentan. excomm. in. 6.* & ſic non inducitur à ſimili, ſi iure non ex-
1022 primatur. *d. c. is qui. 18.* & in dubio an ſit iure expreſſa, non intelligitur expreſſa, nèc incurritur *d. c. is qui. 18.* & contra-
hi-

bitur etiam à carentibus ordine; dummodò ſint capaces ordinis. *c. veniens.3. de presb. non bapt.*

Irregularitas ex delicto

EXigit peccatum mortale completum; eſt enim pœna grauis grauem ſupponens culpam. *c. felicis. 5. § illud autem. de pœn. in. 6. c. non afferramus.* 21. 24. *q.* 1. Vn-
1023 dè ob Veniale irregularitas non contrahitur. *Bonac. de cenſ. diſp. 7. q. 1.*

Irregularitas ex homicidio iniuſto contrahitur, ſiuè homicidium ſit Voluntarium,
1024 hoc eſt directè, præmeditatè volitum; ſiuè caſuale, hoc eſt indirectè, nempè volitum in cauſa. *Trid. ſeſſ. 14. c. 7.*

Vt quis ex homicidio Voluntario fiat irregularis, debet peccare contra Iuſtitiam, nèc ſufficit peccare contra charitatem;
1025 Nam homicidium ex ſe ſupponit regularitèr peccatum contra iuſtitiam iure conſideratum.

Dubius de homicidio non eſt Irregularis, niſi contrà ſe habeat præſumptionem iuris, & indicia; puta quia vulnerauit. *c. ad au-*
1026 *dientiam. 12. c. ſignificaſti. 16. de homic.* Iuſtitia nanq; exigit æqualitatem inter delictum, & pœnam; nec pro dubio delicto certa pœna eſt danda. Secùs in dubio fortè innocens puniretur; & tamen de iure melius eſt in dubio nocentem abſoluere, quàm innocentem condemnare. *l. 1. v. ſed et ſi. D. de ven in poſſ. mit.*

Mandans etiàm, & conſulens homicidiũ eſt irregularis illo ſecuto. *c. ſignificaſti.* 18.

c. ſi-

1027 *c. ſicut. 6. §. illi. ibid. c. ſi quis viduam. 8. diſt. 50.*

Mandans tamen excuſatur ab irregularitate, ſi mandatarius occidiſſet eodem tempore
1028 mandato præciſo; nam tùnc non eſt cauſa mortis, nec *phyſica*, nec *moralis*. *Sayr. lib. 7. c. 2.* nec eſt irregularis, ſi ipſe mãdatarius occidatur; quia mandatũ non
1029 eſt cauſa mortis. *Vaſq. 1. 2. diſp. 100. qu. 73. art. 9.*

Mandans non eſt irregularis, ſi ante homicidium reuocet mandatum expreſsè, vel tacitè; dummodò id innoteſcat mandatario. *Nauar. c. 27.* idque etiam ſi mandatarius
1030 pertinax ex ſe occidat; iàm enim mandans, reuocato mandato, nullo modo eſt cauſa.

Ratificans homicidium iam antea patratum, vel negatiuè, aut præciſiuè ſe habens, non
1031 eſt irregularis: quia non influit in homicidium.

Conſulens homicidium illo ſecuto eſt irregularis. *d. c. ſicut. c. ſignificaſti.* Et ſi alius
1032 præciſo Conſilio etiam occideretur, non eſt irregularis conſulens: nàm non eſt cauſa; niſi ſuo conſilio citiùs occidatur.

Dubitans, an ſuo conſilio influxerit non eſt
1033 irregalaris. *Henriq. lib. 14. c. 16.*

An verò reuocans conſilium occidendi vitet Irregularitatem ſecuto homicidio? Affirmamus; ſi reuocet conſilium diſſolutis rationibus, quibus cõſuluit; nã tũc cõſiliũ nõ
1034 eſt ampliùs conſulentis, ſicuti opinio

uocata non eſt authoris reuocantis; & cõſultus non conſilio, ſed ſua malitia deindè monetur. *Suar. de cenſ. diſp.* 9 *4. ſect.* 3. *Hurtad. diſp.* 2. *diff.* 6.

Auxilians, & cooperans ad homicidiũ cum
2035 effectu eſt irregularis. *c. ſignificaſti.* 18. *c. ſicut.* 6. *de homic.*

Dans autem arma alicui ita non furenti, quõ ſuſpicatur petere ad alterius internicionẽ, non eſt irregularis, niſi intendat occiſionem; nàm eſt res indifferens, nec ab ipſo
2036 determinatur ad malum; Vt patet in vendente rem indifferentem, qua alius abuti valet. *Hurtad. diſp.* 2. *diff.* 8.

Dans autem arma ad occidendum, ſi occiſor alijs occiſit armis, non eſt irregularis, quia
1037 ſuis armis non cooperatus eſt. *Bonac. diſp.* 7. *q.* 4. *pu.* 8.

Negans auxilium ex charitate, vel iuſtitia non eſt irregularis; quia talis caſus iure non expreſsus; & *Trid. ſeſſ.* 14. *c.* 7. exigit influxum poſitiuum, qualis non eſt negatio auxilii, ſiue negans auxilium ſit Iudex, ſiuè medicus, omittens pa-
2038 trocinium Rei, curam ægroti. *Lug. tom.* 1. *de iuſt. diſput.* 10. contra. *Sayr. lib.* 7. *cap.* 4.

Claudens portam fugienti indè occidendo ab inimico perſequente, eſt irregularis, ſi claudat, vt fugiens occidatur; non verò ſi
2039 claudat, ne tumultus fiat in ſua domo; quia actio indifferens à fine ſpecificatur.

Fugiens neceſsariò proterens in via puerum non eſt irregularis; nàm non peccat, & mors

mors ſequitur pratèr intentionem:

Nec eſt irregularis ad defēſionē inculpatam occidēs iniuſtū aggreſsorē tuēdi cauſa ſuā, ſuorum amicorum innocentiam, vitā, honorem, famam, bona. *Clem. ſi furioſus. de*
1040 *homic. c. ſignificaſti. de homic. l. vim vi. D de iuſt. & iur. Lug. loc. cit.*

Faciens abortum fœtus animati eſt irregularis. *c. ſicut. 20. de homic.* In dubio verò an
1041 ſit animatus non eſt irregularis, nàm id non eſt expreſſum in iure, & non præſumitur in dubio animatus.

Homicidium Caſuale

Eſt, quod accidit pratèr intētionē. In quo ſi deſit omnis culpa, nulla datur irregularitas, vt in homicidio fortuito *c. lator. 9. c. dilectus. 13. c. ſignificaſti il. 1. de homic* Si
1042 adſit indirecta Voluntas eſt peccatum mortale, & etiam caſuale dicitur ſufficiens ad irregularitatem inducendam. *d. c ſignificaſti. D. Th.* vbi. *Caiet. 2. 2. qu. 64. artic. 8.*

Hanc contrahit irregularitatem dans ope-
1043 rā rei illicitæ non adhibita ſufficienti diligentia ne homicidium ſequatur. *d. cap. lator. c. presbyterum. 7. eod. tit.* Si verò res illicita per ſe tēdat ad homicidiū; licèt ſequatur præter intentionem directam, facit irregularē; cum volens cauſam, velit effectus; at periculum præuidens, & ſufficieter proſpiciens, ne homicidium accidat, non peccat peccato homicidij, nec eſt irregularis homicidio ſecuto: quia nec indi-
1044 rectè volitum, nullo enim iure oppoſitum exprimitur. Nec valet in hoc argumen-

mentum à contrario, vel à ſimili cum ſimus in pœnis. *c. Ioannes.* 13 *.de homic.Sà.v.irregularitas.*

Requiritur ergo ad irregularitatem ex homicidio caſuali peccatum externum, & actio in ſe ex ſe tendens ad necem; ità vt ceſsã-
1045 te alterutro iſtorum ceſſet irregularitas. Vndè non eſt irregularis cedens arbores die feſtiuo adhibens diligentiam, ne mors ſequatur; licèt ramus cadens hominem occidat. Nèc eſt irregularis proijciens aliquid ad terrendum, ſi territus ictum timẽs, fugiens, ruens moriatur, ſi terrens hęc non aduertat; nàm non peccat peccato homicidij. Nec mittens puerum ad flumen ſi
1046 puer ſuffocetur. Nec ludens pilis niueis occidens inaduertenter. Nec proijciẽs lapidem contra Petrum, caſu occidens Paulum; nàm actio occiſionis tùnc eſt merè fortuita.

Mutilatio

Est abſciſſio alicuius partis habentis in corpore ſpecialem functionem diſtin-
1047 ctam ab alijs. 1 *ad Corinth.* 12.

Mutilans eſt irregularis, non verò deformãs ſine mutilatione; nèc abſcindens digitos aliquos carentes ſpeciali officio in corpore; nèc excæcans oculum non eruendo, vt
1048 nec debilitans; nàm non mutilat. *Molin.to.3.tra.3.diſp.*68. *Nauar.c.*27*.n.*106. etiam ſi ità debilitetur; vt ad nihil deſeruiat: nàm re vera non mutilat. Nec abſcindens partem prorsùs inutilem ſiccam anima carentem; nàm in pœnis non cenſetur

1049 pars hominis. *Suar. diſp.* 44. *ſect.* 2. *num.* 11. Vndè nec mutilans cadauer eſt irregularis; contra *Maiol lib.* 5. *c.* 50. *n.* 8.

Mutilans ſe ipſum eſt irregularis, vt mutilans alium. *c. ſi quis.* 4. *diſt.* 53. *c. clericis.* 5.
1050 *Ne cler. vel mona.*

Minuens ſibi aliquem partem membri puta digitum, vel digiti partem ex indignatione eſt irregularis; quia id iure exprimitur. *c. qui partem.* 6. *diſt.* 55. Non verò minuens alteri; quia iure non exprimitur. *Suar. de cenſ. diſp.* 44. *ſect.* 2. Dubius verò,
1051 an mutilauerit, non eſt irregularis. *Suar. de cenſur. diſp.* 40. *ſect.* 5.

Conſulens mutilationem, non eſt irregularis ſecundùm. *Gabriel. à S. Vinc. de cenſ. diſp.* 10. *n.* 71. quia nullo iure id exprimitur:
1052 oppoſitum docent plures apud. *Dian. p.* 8. *tra.* 2. *reſol.* 18.

Iteratio Baptiſmi ſolennis

REddit irregularem rebaptizantem, & eius miniſtrum *c. ex litterarum.* 2. *de*
1053 *Apoſt. c. non licet.* 107. *c. placuit.* 111. *diſtinct.* 9. *Lean. diſp.* 18. *q.* 9.

Rebaptizans verò ſub conditione non eſt irregularis: quia non rebaptizat. *Suar. diſp.* 31 *ſect.* 6. Imò exteriùs conditionem apponentem, nec eſſe irregularem ob defectũ
1054 peccati externi, vult *Propoſitus.* 3. *pa. q.* 66. *art.* 9. Nec eſt irregularis reiterans ſolennitates, non baptiſmum. *Leand. diſp.* 18. *q.* 14. contra. *Maiol. lib.* 3. *c.* 15. *n.* 5. quia iure id non exprimitur.

Iterans verò Confirmationem non eſt irregu-

gularis, nàm iure non eſt expreſſum. 13.
1055 DD. apud. *Leand. tom. 1. tract. 3. diſp. 4. q. 15.*
Adultus Baptizatus ab hæretico peccans eſt
1056 irregularis. *c. placuit. 1. q. 4. Suar. to. 5. diſp. 44. ſect. 1. n. 14.*

Ordinatus

AB Epiſcopo, qui renunciauit Epiſcopatui, vel irregulari; vel ordinatus per ſaltum, vel furtiuè ſine approbatione ſui ordinarij, non eſt irregularis, ſed ſuſpenſus. *c. veniens. 1. de eo, qui furt.*

Exercens actum ordinis non recepti, aut præ-
1057 termiſſi eſt irregularis. *c. ſi quis. 1. de cler. non ord. min.*

Violans cenſuras maiores

ESt irregularis, exercendo ex officio actũ ordinis. *c. ſi quis. 7. 11. q. 3. c. fin. de exceſ.*
1058 *prel. c. is qui. 18. §. is verò. c. is cui. de ſenten. excom. in. 6.*

Non autem eſt irregularis celebrans cum minori excommunicatione. *c. ſi celebrat. 10. de cler. excom. min. Nauar. c. 27. n. 194.* excommunicatus initiatus prima tonſura
1059 non dicitur exercere actum ordinis, & ſic nèc eſt irregularis. *Suar. de cenſ. diſput. 11. ſect. 2. n. 8.*

Hæreticus

ESt irregularis. *c. ſi qui. 8. c. ſaluberrimũ. 21. 5. q. 7.* Vt etiam ſunt irregulares fautores, defenſores, receptatores hæ-
1060 reticorum. *c. quicunque. 2. §. hæretici. de hæret. in. 6.* Et nati, licèt catholici poſt, non ante hæreſim patris, etiam ſunt irre-

gulares.*d.c.2. Nauar.c.27.nu.215.*

Si verò filij denunciauerint parentes non sũt
1061 irregulares. *Farin.de hareſ.q.191.*

Neophitus

NOuus in fide eſt irregularis.*tota.diſtin.* 48.*c.miramur.5. diſt.*61. quæ irregu-
1062 laritas tollitur lapſu temporis. *c. vn. diſt.57.*

Infamis

ESt irregularis. *c.qui in aliquo.diſtin* 51. *cap.omnipotens.4.de accuſat.* ſiue infamia ſit iuris,ſiue facti. *c.infames.6. qu.1.c. aliquantos.1.diſt.* 1.*l.1 & 2.C.de his qui*
1063 *nota inf.* ſed recuperata fama deſinit eſſe infamis. *c.teſtimonium.54.de teſt.*

Defectus Animæ

REddit irregularem, ſiuè ſit defectus rationis ex amentia,furore.*c.maritum.2. c.communiter.* 3. *diſt.* 33. & ſemèl amens
1064 ſemper eſt irregularis,niſi certò conſtet de ſalute. *Suar.diſp.51.ſect.1.*

Dęmoniaci,Energumeni ſunt irregulares. *c. clerici.*4. *ibid.* Et ſani non promouentur ad alios ordines. *d.c.2. & 3.* Licèt poſſint
1065 exercere ſuſceptos. *d.c.communiter.*

Habens defectum ſcientiæ ad exercendum
1066 ordinem eſt irregularis. *c. illitteratos. 1.diſt.36.*

Defectus Corporis

INducit irregularitatem, ſi ſit deformis, monſtruoſus,generans horrorem. *c.cum percuſſio.7.q.1.c.2.de corp.vit.* Idque licèt cum horrore adhùc habeatur proprium exercitium, puta Viſio cum deformitate.

Hen-

Henriq. lib. 14. *c.* 8. Hinc Miopia, Luſcities, Mindriaſis, Lippitudo, Cæcitas etiam ſine deformitate, in qua, ſi ſuperueniat ordinato, poteſt Papa diſpēſare celebrationē
1067 cū aſſiſtente Pio, & Docto. *Henriq. l. c.* Surditas, Caluities veniens ex morbo Gallico, quo etiam ſupercilia deformantur; omnis defectus, exceſſus, aut diſtortio membrorum deformis, & ſimilia generātia deformitatem reddunt irregularem. *Zacch in med. leg q.* 15. & reddit irregularem pars etiam non deformans abſciſſa
1068 proprijs manibus; idque in pœnam delicti. *c. qui partem.* 6. *diſt.* 55. Et abſcindens ſibi teſtes, aut permittens ſibi abſcindi eſt irregularis, etiam ſi zelo caſtitatis id faciat; & ordinatus deponitur. *c ſi quis.* 9. *diſt.* 55. *c.* 4. *de corp. viti.*

Impotens ad guſtandum vinum eſt irregularis, cum nequeat celebrare ſub vtraque ſpecie. *Nau. c.* 27. in quo Papam non poſ-
1069 ſe diſpēſare vult. *D. Th. Suar. Vaſq.* cōtra. 12. *DD.* apud *Leand. to.* 2. *tr.* 8. *diſp.* 1.

Hermaphroditus præualens virili ſexu non eſt irregularis; nàm iure id non exprimitur. *Vrtad. de irreg. diſp.* 2. *diff.* 14. contra 9. *Suar. &* 9. DD. apud *Leand.*

Defectus Natalium

FAcit irregularem illegitimum. *c.* 1. *cap. fin. de fil. presb. c. per Venerabilem.* 13. *Qui fil. ſint legit.* Filius tamen non tenetur credere matri etiam in articulo mortis iuramento dicenti illum eſſe illigitimum;
1070 quia alleganti propriam turpitudinem non creditur.

Hæc irregularitas tollitur ſequenti matrimonio. *c.ex tenore.*14.*c.tanta.*6.*ibid.* dūmodò potuerit contrahi matrimonium
1071 aliquo tēpore, quo filius fuit in vtero.
Tollitur etiam profeſſione Religioſa.

Seruus

EST irregularis ex defectu libertatis. *c. de ſeruorum.*2. *de ſeru. non ord.* Et ceſſat hæc irregularitas acquiſita libertate. *Suar. diſp.*51 *ſect.*3. Et libertas acquiritur ſi or-
1072 dinetur ſeruus non contradicente Domino. *c frequens.*10.*diſt.*54.

Bigamus

EST irregularis, ſiuè bigamia ſit *Vera*, vt eſt ſi quis contrahat ſecundas nuptias conſumatas. *c.debitum.*3.*de big.Trid.ſeſſ.*
1073 23. *c.*17. ſiuè ſit *Interpretatiua*, vt eſt ſi contrahat duo matrimonia, & vnum non teneat, vel ducat viduam. *c. nuper.*4. *ibid.* ſiue ſit *Similitudinaria*, quæ contrahitur ab illo, qui eſt in ſacris, vel profeſſus, poſt matrimonium ſpirituale cum Chriſto cōtrahente matrimonium carnale conſumatum cum altera. *d.c.*4.

Defectus Lenitatis

IDem, ac defectus manſuetudinis in iudicio, reddit irregularem baptizatum, qui cooperatur cum effectu ad mortem, vel
1074 mutilationem Iudicialem ex officio. *c. clericis.*5.*c. ſententiam.*9. *ne cler. vel mon. c.de his.*36.*diſt.*50.*c.ex litteris.* 10. *de exceſ pralat.*Nau.*c.*27.

Et ſic eſt irregularis Iudex, aſſeſſor, ſiue laicus, ſiue eccleſiaſticus ſecuta morte, vel

mu-

1075 mutilatione à ſe inflicta. *d. c.* 10. *c. ſuſcepimus.* 10. *de homic. c. ſapè.* 29. 23. *qu.* 8. Non tamen eſt irregularis legislator imponens lege pœnam mortis, nec ſuperior cõſtituens Iudicem. *c. fin. Ne cler. vel mon. in.*
1076 6. nec delegans iuriſdictionem, niſi ſpecialitèr mandet cauſam ſanguinis; Nec confeſſarius interrogatus dicens Iudici Reum ſecundùm leges debere mori, nec poſſe iudicem abſoluere, niſi Reum damnet; quia non ſe gerit, vt miniſter iuſtitiæ, ſed vt conſulens animæ iudicis.

Accuſator, vel Denunciator ſecuta morte, vel mutilatione eſt irregularis; quia conſtituit partem iudicij. *c. forus.* 10. §. *in omni.*
1077 *de verb. ſign. c. ſententiam.* 9. *Ne cler. vel mon.* Et Vitatur irregularitas ſi accuſator proteſtatur remota pœna ſanguinis. *c. prælatis.* 2. *de hom. in.* 6. licèt interiùs
1078 mortem deſideret, eccleſia de internis non iudicante.

Teſtes deponentes in cauſa ſanguinis ſunt irregulares. *Suar. diſp.* 47. *ſect.* 4. Niſi de Iure Teſtis deponere teneatur, vel ex
1079 metu deponat; tunc enim irregularis non eſt; lege non obligante contra leges.

Teſtes, & Aduocati ad fauorem Rei non ſunt irregulares, quia non influunt in mortem, niſi ex aduocati imperitia mors
1080 ſequatur. Imò Aduocatus Rei, detegere valet calumniam Accuſatoris, facta tamen proteſtatione, ſine periculo Irregularitatis. *Gibal. de irreg. c.* 4. *q.* 3.

Omnes Curiales cooperantes ad mortem

etiam

etiam cuſtodes carcerum aperientes carceres, vt reus ducatur ad mortem, ſatelli-
1080 tes, carnifex ſunt irregulares ex defectu Lenitatis. *Nau.c.*27.non tamen Vendentes funes, furcas, arma; nam non cooperantur iudicialiter ex officio.

Neque impetrantes reum duci breuiori via ad ſupplicium ad euitandam infamiam, tumultum,detentionem diuturnam Popu-
1082 li; nec inſtigantes boues ad ambulandum;nec aliquis priuatus dicens reo aſcẽde ſcalam,ſuppone collũ ſecuri;aut docẽs Carnificem inexpertum.*Vaſq.Turr.Leãd.* Non enim illi ſunt miniſtri Iuſtitiæ. *Dian.p.*3.*tr.*5.*reſol.*29.71.

Pulſans verò Campanam in Signum ſuſpendendi reum ad conuocandos miniſtros, vt comitentur Reum,eſt irregularis;non ve-
1083 rò ſi ſonet,vt populus oret pro reo, & timore pœnæ delicta auerſetur.

Non eſt irregularis ex defectu lenitatis aſſiſtens ægroto vertens illum cauſa pietatis in alium latum, licèt moriatur citiùs;nèc
1084 Sacerdos conſulens alijs, vt tollant moribundum è medio viæ,luti,aquarum;licèt in illa motione moriatur. *Suar. diſp.* 47. *ſect.*7.*Dian.tra.*5.*reſol.*79.

Effectus Irregularitatis.

I. IMpedit irregularitas licitã receptionẽ ordinũ,etiã primæ tõſuræ diſponentis ad ordines. *c.cum contingat.*11. *de æt, & qual.Suar,de cenſ.diſp.*40.II.Irregularis
1085 non exercet actum ordinis ratione, cuius habet irregularitatem. Parochus ve-

rò

rò non eſt irregularis aſſiſtens matrimonio; quia non eſt actus ordinis. *III.* Irregularis eſt inhabilis ad iuriſdictionem contentioſam annexam dignitati. *c. in quibuſdam.* 12. *de pœn. IV.* Irregularis ex homicidio voluntario priuatur beneficiis obtentis non ad titulum Patrimonij; quorum nomine in pœnalibus penſio non venit. *Trid. ſeſs.* 14. *cap.* 7. *Suar. diſp.* 40. *de cenſ. c.* 4. Et antequàm beneficijs priuetur,

1086 vel pendente appellatione, poteſt illa renunciare alteri. *Suar. de cenſ. diſp.* 40. *ſect.* 2.

Vt autem irregularis obtentis priuetur, requiritur ſententia; cum ipſo iure non ſit

1087 priuatus. *c. ex litteris.* 10. *de exceſ. pral. c. clericis.* 5. *Ne cler. vel mon.*

Irregularis poteſt facere quidquid poteſt laicus; ſic poteſt intereſſe ſacro, & rebus ſa-

1088 cris. *Suar. diſp.* 4. *ſect.* 2.

Excuſat ab Irregularitate

I. Delictum non mortale excuſat ab irregularitate ex delicto. *Clem. vn. de homic.* Vndè excuſantia à delicto, ab irregularitate excuſant. II. Ignorantia non Supina. *c. cognoſcentes.* 2. *de conſt.* III. Metus grauis iniuſtus cadens in conſtantem virum, cum lex non obliget cum graui onere ex ſuprà probatis. *nu.* 8. *IV.* Non expreſſio irregularitatis in iure. *c. is qui.* 18. *de ſen. excom. in.* 6. dubium enim, &

1089 *DD.* opiniones hinc indè probant, nõ eſſe expreſſam; nam ſi eſset expreſſa, nulla opinio *DD.* eſſet, & nullum dubium. *Ca-*

ram,

Digitized by Google

Vtraque degradatio ſpectat ad proprium Epiſcopum. *Trid ſeſ.13.c.4.*

DE BENEFICIIS.

Beneficium analogicè ſumitur etiam pro priuilegio à laico Principe conceſſo. *l. 3. D. de conſt.* Vndè feudum beneficium dicitur. Proût autem eſt eccleſiaſticum definitur, Ius percipiendi Eccleſiaſticos redditus ex canonica inſtitutione perpe-
1095 tuum. *Barboſ. de benef. c.4. nu.8.* Aliud Curatum habens curam animarum; aliud ſimplex carens cura animarum *c. fin. de conceſs. præb. in.6.* aliud Regulare, aliud Seculare. Seculare Secularibus clericis, Regulare regularibus competit. *c. cum ad Monaſterium. de ſtat. mon. Clem. 1. de elect.* Et in dubio præſumitur ſeculare; quia ex inſtitutione ſeculari eſt omne beneficiũ. *Barb. loc cit. n.42.*

Aliud cum præbenda, aliud ſine. Et præbenda eſt ius percipiendi prouentus in Eccleſia collegiata, ob aliquod Diuinum munus exequendum. *c. dilectus. il. 2. de præb.* à beneficio non diſtinguitur. *c. ſi quis. 1. qu. 1.*
1096 ſed inhæret dignitatibus; ita vt diſpenſatus ad beneficia etiam curata, non cenſeatur diſpenſatus ad præbendas, ad canonicatus. *Barboſ. de poteſt. Epiſc. alleg.45. num.10.*

Rurſus beneficium aliud Compatibile, quod poteſt cũ altero coexiſtere; aliud incõpatibile, quod cum altero beneficio coexiſtere nequit,

nequit, vt duo beneficia curata.

Requiſita ad beneficium conſtituendum.

I. EXigit conſenſum legitimi ſuperioris Eccleſiaſtici habentis Epiſcopalem iuriſdictionem. *Rot.p.1.diuerſ.dec.509.nu.* 1. cuius defectu capellaniæ perpetuæ ex
1097 ſola diſpoſitione teſtatoris non ſunt beneficia. *Barboſ.de iur.eccleſ.tit.de capel. n.3.* licèt ad titulum talis capellaniæ ordinari poſſit. *Garz.p.1.c.3.n.112.*

II. Requiritur, vt beneficium ſit propter officium. *c.fin.de reſcr.in 6.* ita vt ceſſantibus fructibus beneficij ceſſet onus dicendi officium.

III. Requiſitum eſt, vt conferatur à perſona eccleſiaſtica. *c.ſi quis deinceps.16.q.7.* niſi ex Priuilegio Summi Pontificis tale ius
1098 conferendi alteri concedatur. *Seraſin. dec.1394.*

IV. Requiſitũ eſt, vt cõferatur clerico, ſaltem primæ tonſuræ. *d.c.ſi quis deinceps. c.cum adeo.17.de reſcr.* ita vt collatio facta laico ſit nulla, nec reconualidetur ſubſequenti clericatu. *Garz.p.1.c.2.nu.18.*

V. *D*ebet eſſe perpetuum. *c.poſtulaſti.de reſcr.* poteſt tamen teſtator reddere beneficium amouibile ad nutum, non tamen ex odio, vel malitia mouentis; & tale beneficium
1099 appelatur Manuale. *Rot.p.1.diuerſ.deciſ.579.n.1.*

VI. Nequit quis ſibi conferre beneficium; ne ſit ſui ipſius ſuperior.

Beneficiorũ incompatibilitas naſcitur. *I.* Ex

Re-

Reſidẽtia. II. ex Pluralitate beneficiorum, quorum ſingula ſufficiunt ad congruam ſuſtentationem; Nàm non debet diminui Diuinus cultus; & diminueretur, ſi plura
1100 beneficia vni darentur. *Trid. ſeſſ. 7. c.* 4. cum quo ſtat plura tenuia poſſe vni dari vſque ad congruam ſuſtentationem; *c. vnio* 10. *q.* 2. & tenue beneficium cenſetur 8 ducatorum Secundùm *Sot. lib.* 10 *de Iuſt. q.* 5. *art* 3. Alij vſque ad 16 ducatos. *Leſſ. lib. de iuſt. c.* 24. *n.* 31. tu item remittas
1101 arbitrio prudentis ſecundùm perſonarum, & locorum circumſtantias; vni autèm perſonæ, & loco ſufficiens, erit inſufficiens alijs ad congruam ſuſtentationem.
Incompatibilitas. III. naſcitur, ſi in eodem tecto plura vniformia, quoad officium exiſtant beneficia.

Beneficia reſeruata Sedi Apoſtolicæ.

I OMnia beneficia Promoti ad prælaturas cum cura, & ſine cura vacant in Curia. *Extrau. ad regimen. de præb. &*
1102 *dign. II.* Reſeruantur omnia, quæ vacãt ex morte Cardinalis, Camerarij, & cuiuslibet officialis Sedis Apoſtolicæ. *d. Extrau. ad regimen.* III. Semper ac vacant ex prouiſione alterius beneficii, canonicatus, &c. collati à Sede Apoſtolica vacant in Curia. *d. Extrau. ad regimen.* IV. Quæ vacant tempore Sedis vacantis reſeruantur Papæ. *ex Bull. Pij V.* V. Vacant in Curia ſẽper, ac beneficiatus moritur Romæ. *c. li-*
1103 *cet. de præb. in.* 6. VI. Iure deuolutionis; ſi curatum per duos menſes, ſimplex per

6. menſes ab Epiſcopo non conferatur, deuoluitur ad Summum Pontificem. *c. ne pro defectu. de elect. Bul. Pij V. in cōferēdis.*

Collatio

EST actus legitimus, quo ſuperior libere alteri confert beneficium. Dicitur libe-
1104 rè ad differentiam iuris patronatus, in quo confertur beneficium inſtante patrono præſentante.

Collatio debet fieri perſonæ capaci ratione ætatis, doctrinæ, &c. iuxta. *Trid. ſeſſ. 24. c. 12. de reform.* Curatum exigit annum 25. ſaltem inceptum. *c. cum in cunctis. §. inferiora. de elect.* etſi non eſt Sacerdos, intrà
1105 annum debet promoueri ad ſacerdotiū ſub pœna, vt aliàs careat ipſo iure beneficio. *c. licet. 14. de elect. in 6.*

Sunt incapaces illitterati *c. illitteratis dist. 39.* Neophiti. *1. ad Thymot. 3.* Filius hære-
1106 tici, eiuſque fautores *c. quicunque. 2. §. hæretici. de hæret. in 6.*

Ius Patronatus

EST ius honorificum, oneroſum competens alicui ex iuſto titulo fundationis, donationis, &c. ad præſentandum ad bene-
1107 ficium eccleſiaſticum vacans. *c. decernimus. 16. q. 7. c. nobis. de iur. patron.*

Ad conſtituendum ius patronatus requiritur *I.* conſenſus Epiſcopi. *c. nobis. de iur. patro. II.* requiritur fundatio dās fundum: conſtructio formans ædificium; dotatio
1108 dans dotem. *c. monaſterium. 17. qu. 7. Trid. ſeſſ. 25. cap. 9. de reform.* quæ tria alternatiuè requiruntur. *Menech. de præſu. præſ. 617.*

Ius

*I*us patronatus eſt triplex. Eccleſiaſticum, Laicale, & Miſtum. Eccleſiaſticum in bonis eccleſiaſticis; Laicale in bonis laicis. Mixtum in vtriſque, in quo ius præſentandi competit laicis, & Eccleſiaſticis. *c.*
1109 *vn.* §. 1. *de iur. patr. in.* 6.

Subdiuiditur etiam in Hæreditarium, Gentilitium, & Mixtum proportionaliter, vt in feudis ſupra. *n.* 557.

Differt Eccleſiaſticũ à laico. I. quia in Eccleſiaſtico 6. in laico 4. menſes ad præſentãdum dantur. *c. vn. de iur. patr. in.* 6. quo tempore lapſo deuoluitur pro illa vice
1110 ad Epiſcopum collatio *c. cum propter.* 27. *de iur. patr.* In eccleſia verò parochiali datur bimeſtre ad præſentandum. *Ex Bull. Pij. V. in conferendis.*

II. Laicus præſentans vnum, non eccleſiaſticus, poteſt variare cumulatiuè, ſcilicèt addendo ſecundum, non excludendo primũ
1111 præſentatum. *c.* 24. *c.* 29. *de iur. patr.* Et laicus inſciè præſentãs indignũ poteſt intra quadrimeſtre alium præſentare. *Creſc. de iur. patro. q.* 10.

III. Præſentatus ad parochiam iuris pat. laici inſtituitur ſine concurſu conſtito de idoneitate. *Trid. ſeſſ.* 24. *de reform. c.* 18. niſi ſit deuoluta collatio ad Epiſcopum; Nam tunc fit per concurſum. *Sacr. Congr.*
1112 apud. *Barboſ. de pot. par. c.* 2. At ſi parochia ſit ius pat. eccleſiaſticũ prouidetur per concurſum. *Trid. loc. cit.*

IV. Legatus inuito patrono poteſt conferre jus patro. Eccleſiaſticum, non laicale. *c. di-*

lectus 6. de offic. leg.

In miſto concurſus non requiritur. *Antonel. lib. 7. c. 6. nu. 20.* referens decretum *Sacræ Congr.* Et in miſto præſentatus à laico, & Eccleſiæ Patrono præfertur alio præſẽtato
1113 à laico; & præſentato vno tantùm à laico, altero ab eccleſiaſtico, tunc poteſt laicus variare. *c. cum autem. 24. de iur. Patron.*

Quod ſi Patroni varient, Epiſcopus poteſt vnum ex illis electis eligere; & extraneũ etiam, ſi patronorum mora tempus ad præſentationem ſtatutum labatur. Et in beneficio miſto etiam laicus habet ſex menſes ad præſentandum; in quo ſequitur naturam dignioris. *l. quæritur. 10. D. de ſtat. hom. c. quod in. de conſ eccl. vel altar.*
1114 *Antonel ibid. n. 56.* Quod tempus a die Vacationis notæ (quæ notitia probanda eſt) currit. *Ricc. par. 1. reſ. 166.*

Acquiritur Ius patronatus. I. ex teſtamento, vel ab inteſtato iuxtà naturam fundationis. *c. 1. de iur. patr.* II. Ius patronatus cum feudo, vel Burgenſaticis tranſit ad ſucceſſores feudi, vel rei burgenſaticæ. *Abb. in c. cum ſeculi. de iur. patr.* III. donatione omnium bonorum *c. ex inſinuatione. ibid.* IV. emptione hæreditatis. *c. ex litteris. c. de iu-*
1115 *re. ibid.* & vendito feudo tranſit in emptorem ius patronatus fundatum pro dignitate feudatarij. *c. ſi gratioſè. 5. de reſcr. in. 6.* V. Immemorabili præſcriptione. *Put. lib. 5. dec. 540.* VI. Priuilegio à legitimo ſuperiore conceſſo; vt quibuſdam regibus

à Pa-

à Papa conceſſum volunt aliqui.

Ius autem patronatus competens Vniuerſitatibus, Potentioribus, non probatur per priuilegium, & teſtes; ſed continuatis præſentationibus ſortitis effectum per 50. annos vnà cum ſcripturis authenticis, ob
1116 Vſurpationis præſumptionem. *Trid. ſeſſ. 25. c. 9.* Vbi iuſtus titulus debet eſſe ex fundatione, & dotatione, non ex priuilegio.

Bona fide poſſidens poteſt præſentare. *c. conſultationibus. de iur. patr.*

Si deſtruatur Eccleſia corruit ius patronatus fundatum in conſtructione, non in fundatione; nam fundum remanet lapſo etiã
1117 ædificio. *Gloſ. in c. quicunque. 16. qu. 7. Lamber. de iur. patr. lib. 1. p. 1. qu. 6. art. 4. nu. 8.*

Extincta familia, cui ius præſentandi competebat, nequeunt inſignia patroni amoueri à loco iuris patronatus; quia ſunt ad memoriam antiquæ familiæ, & extimulãt
1118 alios. *Ricc. pa. 4. pra. reſ.* 178. *Genuen. in pra. c.* 91. *n.* 3.

Præſentatio, Præſentans, Præſentatus.

PRæſentatio eſt legitimæ perſonæ exhibitio facta per patronum illi, cui com-
1119 petit inſtituere. *Barb. de pote. epiſ. alleg. 72. n. 112.*

Præſentans debet habere Ius ad præſentandum; & ſic debet eſſe vnus ex vocatis in
1120 inſtitutione iuris patronatus.

Præſẽtatus eſt is, cui beneficium iuris patronatus cõferri debet; qui debet eſſe habilis;

nā ſi ſit inhabilis; ꝓ illa vice patronus priuatur iure præſētādi. Nō poteſt præſētari abſens, ne inidoneus, vel ſuppoſititius præſentetur, & interim patronus colligat fru-
1121 ctus. *Trid. ſeſs.* 24. *c.* 3. niſi abſens ſit ætate, moribus, & doctrina notus. *Burat. dec.* 22. *n.* 30.

Nequit Patronus præſentare ſe ipſum. *c. per noſtras.* 26. *de iur. patr.* Sicuti nequit quis conferre ſibi beneficium. *c. fin. de inſt.* Valet tamen præſentari Compatronus à Cōpatronis; imò conſentiens præſentationi
1122 à Compatronis factæ, auget numerum pro ſe; licèt nequeat ſibi dare cum compatronis vocem. *d. c per noſtras. Burat. dec.* 319. *n.* 2.

Valet Patronus pauper per viam precum ſibi ab ordinario, vel Summo Pontifice impe-
1123 trare beneficium ſimplex iuris patronatus. *Burat. d.* 356. *n.* 19.

Patronus nequit præſentari à ſuo procuratore. *d. c. fin.* licèt procurator conſtitutus ab omnibus patronis valeat prǫſentare vnum
1124 ex illis. *Rot. par.* 2. *diuerſ. deciſ.* 185.

Procurator conſtitutus ad prǫſentandum debet intra legitima tempora exhibere mandatum particulare, cum generale non ſufficiat. *c. fin. de off. Vica. in* 6. Et ſimul debet
1125 præſentare inſtituendum. *Ludou. deciſ.* 177. *n.* 7. & mandatum debet recognoſci à parte opponente. *Caputaqu. dec.* 118. *num.* 4.

Si Epiſcopus nolit admittere præſentatum, poteſt Prǫſentatus recurrere ad Papā pro be-

beneficio obtinendo; qui Superior præfi-
1126 git terminum inferiori nolenti inſtituere; quo lapſo ipſe inſtituit ad ſupplendam negligentiam Prelati inferioris. *c. Paſtoralis.11.de off.ordin.*

Poteſt appellari, vel à denegata, vel retarda-
1127 ta inſtitutione. *Abb. in. c.ex frequentibus.n.7.de inſtit.*

Præſentatus debet acceptare præſentationẽ; ſecùs eſſet ſola nominatio, non præſentatio. Et præſentatio cenſetur acceptata nõ
1128 ſola ſcientia, ſed ſi præſentatus ſe ſuperiori ſiſtat, vel per procuratorem acceptet.

Facta præſentatione debet fieri edictum, & affigi publicè in locis conſuetis Eccleſiæ Vacantis, vel vbi ſitum eſt beneficium, &
1129 in Eccleſia Maiori; quo edicto citantur intereſſe prætendentes, & volentes ſe opponere præſentationi;& pendente termino edicti, nequit fieri inſtitutio. *c.fin.de elect.in 6.*

Inſtitutio Iuris Patronatus

EST decretum ordinarij, quo definitur habilitas,& Ius præſentati, & declara-
1130 tur præſentatũ inſtituendũ eſſe, & inſtituitur: ac decernitur, vt expediantur bullæ in forma. *Garz.de benef. par.5.c.9.num.42.*

Præſentatis duobus æquè idoneis Epiſcopus inſtituit quem vult. *c.cum autem.24.*
1131 *de Iur.patron.*At magis idoneus ſemper præfertur,*Burat.decis.116.n.7.*

Con-

Concurſus ad beneficium.

ANte collationem beneficij curati fit concurſus, vt idoneus magis dignoſcatur. *Trid.ſeſſ.*24. *c.*18. coram ſaltem
1132 tribus examinatoribus Synodalibus, Epiſcopo, vel eius Vicario. *Pariſ.lib.*7.*de reſign. q.* 5. *num.* 17. & omiſſo concurſu collatio eſt nulla, deuoluiturq; ad Papam. *Trid.ſeſſ.*28.*c.*18.

Qui concurſus non requiritur. I. Si Eccleſia Parochialis reſignetur ad fauorem tertij
1133 in manu Summi Pontificis. *Ricc.reſol.* 410.*n.*2. II. ſi beneficia vacent in menſe Papæ, vel in curia, vel ad Papam deuoluantur; tunc enim in Vrbe examinatur *ibi* exiſtens impetrans ſibi beneficium. III. in
1134 permutatione curatũ, quia per primum examen cenſentur idonei. *Pariſ.lib.*8.*q.*8. *num.*95. IV. in Parochia Iuris patronatus laicorum; in quo tantùm examinatur, an ſit Idoneus: ſicuti nec fit concurſus in Parochiali annexa canonicatui principalio-
1135 ri; nec in Parochiali collata Regularibus; nec in Parochijs tenuiſſimi redditus, ſi affixo edicto nemo compareat; nec in Parochiali, habitu, nõ actu, vt eſt ſi receſſit ab eo Populus. *Trid.ſeſſ.*29.*c.*18. *Garz. par.*9.*art.*1.*n.*120.

Suppreſſio beneficij

EST extinctio beneficij ob diuinum cultum. *Trid.ſeſſ.*29.*c.*18. & poteſt eſſe
1136 ad tempus, ſcilicet durante diminutione fructuum, & perpetua, quæ durat ſemper; vt ſi prorsùs deficiat corpus beneficij,

vel

vel fructus vniantur alteri extinctiuè. Nequit tamen Epiſcopus beneficia ſupprimere, & vnire ad fauorem menſæ. *Rot. in antiq. deciſ. 1. n. 1.*

Vnio beneficiorum

EST ſi vnum alteri beneficio vniatur. Triplex. *Subiectiua*, *Incorporatiua*, *&*
1137 *quoad Præſulem*. Subiectiua, quando beneficium vnitur alteri tanquam Principaliori, cui ſubijciatur. Incorporatiua, quandò vtriuſq; beneficij natura per cõmunicationem Iurium fit vna. Quoad Præſulem, ſi vnus Præſul exiſtat in duobus Epiſcopatibus realiter ſeparatis, qui repræſentat duplicem perſonam.

Vniones iſtæ cum ſint odioſæ, probandæ præſcriptione quadragenaria, vel immemorabili. *c. 1. de præſcr in 6.* fieri debent
1138 conſentiente Patrono tùm laico, tùm Eccleſiaſtico. *Trid. ſeſſ. 24 c. 15.* non tamen requiritur conſenſus beneficiati, ſi ei in vita non præiudicetur. *Paris lib. 2. de reſig. q. 4. n. 11.*

Vnio facta ab ordinario, vel à Papa requirit conſenſum capituli, niſi in oppoſitum ſtet conſuetudo. *Rebuff. in prax. de vnio.*
1139 & cauſam Rationabilem ex *Trid. ſeſſ. 7. cap. 6. de reform.*

SACRAMENTA.

INter res ſacras præcipuum vindicant ſibi locum diuina Sacramenta, quæ ſupremam intentionis, & vltimam complent

Chri-

Quid, & quotuplex Sacramentum.

Sacramentum eſt ſignum Practicum rei
ſacræ à Deo inſtitutum. *Signum*, eſt Ge-
1140 nus. *Practitum*, eſt differentia à ſigno
Speculatiuo: *à Deo inſtitutum*; ad differẽ-
tiam rei ſacræ inſtitutæ ab homine ſacro,
vel profano. *l. ſanctum*. 8. *l. ſacra*. 9. *D. de
rer diuiſ.* Qua ratione Crux, aqua, marty-
rium carent differentia Sacramenti. Mar-
tyrium enim per ſe non eſt ordinatum
ad cauſandam gratiam.

Nouæ legis Sacramentum eſt ſignum ſenſi-
bile ad placitum Practicum gratiæ ſancti-
ficantis animam. *Signum* eſt Genus. *Senſi-*
1141 *bile*; quia Eccleſiæ ſenſibili ſenſibilia
ſalutis media collata. *Trid. ſeſſ.* 13. *c.* 1. *ad
placitum*; quia omnia ſacramenta inſtitu-
ta ex libertate Chriſti Domini. *Trid. ſeſſ.*
7. *cap.* 1. *Practicum*; quia Sacramentum
producit gratiam, quam ſignificat; ad dif-
ferentiam ſigni ſpeculatiui. *Gratia ſancti-
ficantis*; quia eſt proprium ſacramentorũ
nouæ legis ſanctificare animam ſuſcipiẽ-
tis: Vndè plena non vacua dicuntur Sacra-
menta nouæ legis. *Trid. ſeſſ.* 7. *can.* 2.

In noua lege ſunt ſeptem. *c. ad abolendam*.
9. *de haret. Trid. ſeſſ.* 7. *can.* 1. Inſtituta à
Chriſto Domino. T*rid. lo. cit.* Componun-
tur ex rebus tanquam ex materia; & ver-
bis tanquam ex forma. *Concil. Flor. in
decr. vnion.* Determinabile habet rationẽ
materiæ; Determinatiuum rationem for-
1142 mæ ad inſtar materiæ, & formæ phy-
ſicæ

ficæ. Simultas tamen inter materiam, & formam, ſatis eſt, ſi ſit moralis. Phyſica enim gratis, & oneroſè exigitur.

Chriſtus Dominus determinauit materiam ſenſibilem in genere, non verò in indiuiduo in ſingulis Sacramentis. Patet, quia Græca non eadem in indiuiduo vtitur, ac Latina Eccleſia in collatione ordinis; &
1143 in Euchariſtia vinũ, & triticũ in ſpecie, nõ in indiuiduo fuit determinatũ, ſiue albũ ſiue nigrum; ſiue fermẽtatum, ſiue azimũ. In matrimonio, contractus validus; non verò iſta, vel alia requiſita ad valorem. *Innoc. in c. presbyter. de Sacram. non iter. Arriag. to. 7. diſp. 6. ſect. 1. n. 1.*

Tenet ſacramentum ſemper, ac materia quoad ſubſtantiam non mutatur; quam, à
1144 Chriſto inſtitutam, nec Eccleſia poteſt mutare. *Trid. ſeſſ. 21. c. 2.*

Semper, ac forma retinetur quoad ſubſtantiam ſignificationis conficitur Sacramentum; ſiue verbis æquipollentibus, ſiue
1145 tranſpoſitis, ſiue diminutè, aut bleſè, ſyncopatè, corruptè, interruptè prolatis.

Effectus Sacramenti.

I. Eſt gratia ſanctificans ex opere operato producta remoto obice. *Trid.*
1146 *ſeſſ. 7. can. 8.* infallibiliter ex parte Dei. *Trid. ſeſſ. 7. can. 7. Ioan. 2. & 10.* & maior, aut minor pro maiori, aut minori diſpoſitione recipientis. *Trid. lo. cit.*

Cauſat Phyſicè, & Moraliter;

Moraliter ſi non exiſtat quandò cauſat; tunc enim præterita cognita, & ama-

amata mouent Deum ad conferendam
1147 gratiam; in quo conſiſtit ratio cauſalitatis moralis. Phyſicè autem cauſant Sacramenta, quando exiſtunt, & eleuata phyſicè ſecundùm potentiam obedientialem pro vltimo inſtanti, in quo complentur; pro quo valet dicere, nunc eſt Sacramentum completum; gratiam producũt,
1148 vt Inſtrumenta Diuinitatis phyſicè operatiuè eleuata ad gratiam producendam. *D.Th. 3. par.q.61. art.1. Bellar.lib. 2.de ſacr.c.11.* Patet I. quia tũc nihil deeſt ad phyſicè cauſandum. II. quia Inſtrumẽtum eadem cauſalitate cauſat, ac principalis cauſa phyſica. III. quia continent gratiam, quam ſignificãt. *Trid.ſeſſ.7.can. 7.* quod indicat phyſicam cauſalitatem. Nec in hoc eſt parcendum miraculis; ſecùs ſine panis deſtructione, ſine conſer-
1149 uatione ſpecierum ad parcendum miraculis fuiſset conſtituendum Euchariſtiæ Sacramentum; quod omninò falſum: Chriſtus enim Dominus, vt non pepercit vitæ, ita nec miraculis.

Sacramenta cauſant gratiam; Mortuorum (ſcilicet, quæ ſupponunt peccatum mor-
1150 tale) primam poſita attritione ſupernaturali. Viuorum (ſcilicet, quæ ſupponunt ex ſe gratiam) producunt ſecundam gratiam, hoc eſt gratiæ augmentum.

Sacramenta Viuorum per accidens poſſunt cauſare primam gratiam *S.Tho. 3 par.qu. 72.art.7.ad 2.& q.79.art 3.* aſſerens Eu-
1151 chariſtiam conferre primam gratiam attri-

attrito putanti ſe eſſe contritum; nec ponere obicem tali gratiæ ignorans ſe eſſe in mortali. *Suar. diſp. 63. ſect.* 1. quo ſenſu dicitur Euchariſtiam ſuſcitare mortuos à *D. Cyrillo Alexandr. lib. 4. in Ioan. c.* 14. *D. Damaſc. lib. 4. de fide c.* 14.

Sacramenta etiam *mortuorũ* poſſunt conferre ſecundam gratiam; vt accidit, ſi recipian-
1152 tur ab exiſtente in gratia; nàm tunc etiam deeſt obex. *Trid. ſeſſ.* 14. *c.* 4.

Omnia Sacramenta Valida recepta in mortali conferunt gratiam recedente peccato mortali. *D Th. in. 4. diſt. 27. q. 3. art. 4. qq.*
1153 1. *in corp Caiet.* 1. *opuſ. tract. 5. q. 3.* § *cõmuni. Arriag. to. 7. diſp* 24. *n.* 16. Non enim eſt differentia inter vnum, & alterum Sacramentum; cum omnia ſint opus Viuum ex opere operato conferentia gratiam. Ergo, vt cætera opera viua reuiuiſcunt recedente peccato; ità Sacramenta: Idque redundat ad Sacramentorum, & Authoris
1154 Dei gloriam. Reuiuiſcunt tamen quoad illam gratiam, quam conferunt quandò recipiuntur ab infanti: nam diſpoſitio præſens reſpectu Sacramenti iam recepti cum peccato, ſe habet, vt remouens obicem. *Suar. diſp. 28. ſec. 4. Serr. 3. p. q. 62. art.* 1.

Character

II. Effectus eſt character ſignum ſpirituale indelebile reddens hominẽ capacem ſacramentorum in Baptiſmo, ad-
1155 miniſtrandi Sacramenta in Ordine, ſecuriùs propugnandi Chriſti fidem in Cõ-

Digitized by Google

firmatione. *Trid ſeſſ.7.can.9.* Eſt quid phyſicum reale; nam in *Trid.* ponitur, vt quid diſtinctum à poteſtate ordinis. *ſeſſ.23.c.3.4.can.1.& 4.* Eſt potentia actiua cum. *D. Th.3.par.q.63.art.4.in arg.ſed contrà.* Imprimitur indelebiliter in anima. *Trid.ſeſſ.7.can.9.* & à ſolo Sacramento initerabili Baptiſmi, Confirmationis, & Ordinis.
1156 *Trid.loc.cit.Florent.in decr.Vnio. c.maiores.§.fin.de baptiſ.*

Cauſa Sacramenti

PRincipalis Deus homo Chriſtus. *c.multæ.38.c.ità fit.81.c.non nè. 1.q.1. Trid.ſeſſ.7.c.1.*

Inſtrumentalis eſt ſolus homo, ità decernente Chriſto Domino potente, & nolente etiam Angelis illam ordinariam conferre
1157 poteſtatem. Non requiritur in miniſtro gratia ſanctificans. *Trid.ſeſſ.7. can.4.* nec fides in baptiſmo. *c.à quodam. 22. de conſ.diſt.4.c ſi celebrat. 10.de cler. excom. min.*

Miniſter debet habere intentionem ſaltem Virtualem faciendi, quod Chriſtus inſtituit, quod Eccleſia Catholica intendit.
1158 *Trid.ſeſſ.7.can 11.& ſeſſ.14.c.6.* Id .n. eſt operari humano modo.

Poteſt habere intentionem puram, & conditionalem ſecundùm exigentiam Sacramenti, vt baptizo te *Si viuis, ſi materia eſt ſufficiens*. Si verò conditio ſit extra-
1159 nea, vt baptizo te *ſi cras pluet*; tunc eſt illicita collatio, quia iniurioſa ſuſcipienti; Eſt valida, quia cum tali conditione nihil tol-

tollitur ex requiſitis ad valorem Sacramẽtorum, materiam ſcilicet, & formam, & intentionem faciendi, quod facit Eccleſia. *Trid. ſeſſ. 7. can.* 11. & ſicuti Deus non abſtulit à miniſtris poteſtatem reddendi illicitè nullum Sacramentum; ità nec reddendi nullum ob Impertinentem conditionem de futuro; Voluit nanque Chriſtus Dominus, quem decedere in tali caſu cum dubio, quàm cum nullo ſacramento. *Nec*
1160 *refert* miniſtrum non habere facultatem apponẽdi illas conditiones extraneas; vt mandans non dat facultatẽ mandatario ad opponendas conditiones Impertinentes. *Nam* ſicuti tenet, quoad vtilia reiectis inutilibus mandatum; ità reiectis inutilibus conditionibus deberet tenere ſacramentum verificata conditione. Inſuper diſparitas eſt; quia mandatarius agit ad Vtilitatem mandantis; Chriſtus Dominus autem inſtituit Sacramenta pro vtilitate recipientis, & ſic debet Sacramentum valere eo modo, quo poteſt. Accedit non eſſe maiorem rationem, cur reddatur Sacramentum nullum per aduerſarios adiectis conditionibus impertinentibus; & non reddi dubium; cum hoc magis conducat ad ſalutem animarum à Chriſto Domino Sacramentis intentam.

Miniſter in peccato mortali miniſtrans peccat mortaliter, ſi ſit deputatus conſecratus ad conficienda Sacramenta. *D. Th. 3. par. q. 64. ar. 6. ad 3. Sanch. 2. de matr. diſp. 6. nu.* 4. Qui enim eſt deputatus, & conſecratus,

debet eſſe paratus exercere ſuum officiũ, vt oportet, & ſic ſancta ſanctè debet tractare. *c.fin.de cohab.cler. & mulier.* Hinc miniſter non conſecratus in lethali mini-
1161 ſtrans non peccat, vt obſtetrices baptizantes; & laici conficientes matrimonium in lethali non peccant conficiendo, ſed recipiendo indignè Sacramentum.

A miniſtro indigno parato licet ſacramentũ recipere. *can. ſciſcitantibus.* 1 1. *q.* 8. Et in extrema neceſſitate licet etiam petere à non parato præualente charitate, tunc vrgente: & miniſter potens, & nolens ſe diſponere contritione ſibi imputet; .n. verò
1162 tunc contritus licitè miniſtrare valet Sacramenta. *Sot. in* 5. *diſtin.* 1. *quaſt.* 5. *art.*6.

Miniſter non debet miniſtrare Sacramenta indignis. *Matth.*7. etiam ſi petant, ſi ſint publici peccatores; ſi verò ſint occulti, & petant occultè deneganda ſunt, dummodò indignitas in confeſſione non fuerit
1163 nota; Si verò occultè indignus petat publicè, tunc alijs placet miniſtranda Sacramenta; nobis diſquirendum videtur, an ſit potiùs fauendum famæ, quam honori Diuino? cui indignè recipiens iniuriam facit: Præponderat enim Diuinus honor famæ viliſſimę creaturæ nolentis dignè recipere; vt nec eſt danda hoſtia ſi petatur, vt maleficijs inſeratur.

Recipientes Sacramentum,

ADulti debent habere Intentionem ſaltẽ habitualem poſitiuam; ità vt non ſufficiat

1164 ciat non diſſentire. *c. maiores. 3. de Bap. Concil. 1. Auraſic. c. 12.* Chriſtus enim Dominus voluntarios milites lætantes exigit. *Suar. diſp. 14. ſect. 1.*

Baptiſmus

SAcramentorum ianua. *c ſi quis. 52. & 54. 1. q. 1. c. cum itaq. 110. de conſec. diſtin. 4.* eſt ablutio corporis exterior ſub præſcripta forma verborũ. *Magiſt. in. 4. diſt. 3.* ſiue eſt ſacramẽtũ ablutionis exterioris delens originale peccatũ, in nomine Patris, Filij, & Spiritus Sancti; quæ duo idẽ ſunt. Datur in *Re*, & in *Voto*. In *Re*, ſi re vera baptizetur, & dicitur *fluminis*. In voto, ſi con-
1165 tritus, vel amans Sanctiſſimam Trinitatem deſiderat baptizari, & dicitur *Flaminis*. *Sanguinis* verò eſt Martyrium, quod prodeſt infantibus ante vſum rationis. *D. Aug. lib. 13. de ciuit. c. 8.* ex *Marc. 8. Matth. 10. Luc. 9. Io. 11.* & prodeſt adulto Sola attritione ſupernaturali. *D. Tho. 3. p. q. 66. art. 12. c. cathecumenum. 37. de conſecr. diſt. 4. c. firmiſſimè. 15. q. 1.* licèt nõ
1166 ſit Sacramentum. *D. Th. loc. cit.* eſt enim eiuſdem nunc rationis, ac erat in Veteri lege.

Sacramentum Baptiſmi inſtitutum à Chriſto Domino ante mortem; nam ante mortem ordinauit Apoſtolos Sacerdotes. *Ioa. 3. nu. 22.* eſt Sacramentum neceſſitatis in *Re*, ſi haberi valeat; aliàs in *Voto*. *Trid. ſeſſ. 7. can.*
1167 5. incepit eius neceſſitas poſt mortem Domini euacuato antiquo teſtamento. *ad Hebr. 9.* & eius publicatio à die Pentecoſtes

ſtes incepit. *Arriag. to. 7. diſp. 24. num. 33. in fin.*

Materia

REmota eſt aqua naturalis elementaris cuiuſcunque qualitatis, & loci, Putealis, Balnealis, Frigida, Calida. *c. nunquã. 9. de conſecr. diſt. 4. c. pen. de bapt.* Trid. *ſeſſ. 7. c. 2. & can. 7. Ioan. 3. Act.* 8. aqua reſoluta
1168 ex gelu, glacie, niue eſt naturalis; non autem aqua ex Vite, neque aqua ſalis reſoluti, neque Alchimica, Roſacea, Ceruiſia; ſed ſatis eſt Lixiuium; et ex Iure carnium; dummodo retineatur aquæ natura. *D. Th. 3. p. q. 66. ar. 3. ad. 4.*

Quæuis portio aquæ, etiam vna gutta, dummodo fluat, eſt materia. *D. Th. 3. p. qu. 68. art. 11. ad. 4.*

Materia *Dubia*, quando deeſt *certa*, valet ad-
1169 hiberi ſub conditione, ſi ſit ſufficiens.

Benedictio aquæ non eſt eſſentialis; nec peccat lethalitèr aqua non benedicta bapti-
1170 zans. *Quintanad. de Bapt. ſing. 22.*

Proxima eſt ablutio ſaltem vna. *Concil. Tolet. 4. can. 5.* quæ ablutio poteſt fieri aſperſione, infuſione, immerſione: Dummodò
1171 ſeruetur quoad licitum loci conſuetudo. *D. Th. 3. p. q. 66. art. 6.*

Debet ablui pars corporis, caput ſi haberi poſſit, & in neceſſitate quæuis pars; non tamen ſufficit ablutio capillorum, veſtiũ: nec valet baptizari in vtero exiſtens. *c. qui*
1172 *in maternis. 113. de conſec. diſt. 4.* licèt *Reginal. lib. 27. c. 3.* velit baptiſmum eſſe validum, ſi obſtretricis manu aqua abluatur

tur aliqua pars pueri.

Non licet tamen baptizandum moribundum proijcere in puteum; licèt valere baptiſmũ doceat *Suar. diſp.* 20. *ſect.* 3. *Arriag. tom.* 7. *diſp.* 4. *n.* 9. poſt. *Maior. in.* 4. *diſt.* 4. *q.* 1. nam
1173 re vera eſt ablutus, nec requiritur, vt abſtrahatur; quia abſtractio non eſt ad abluendum, ſed ad ſiccandum.

Forma

ESt; Ego te baptizo in nomine Patris, Filij, & Spiritus Sancti. *c. firmiter.* §. *vlt. de Sum. Trin. Trid. ſeſſ.* 7. *can.* 4. exprimenda eſt perſona baptizãda, ne ablutio ſit indifferens, ſed determinetur ex verbis for-
1174 mæ. *Ego, in, & amen* non sũt eſſentiales particulę; quia remanet ſine illis sẽſus formæ. *c.* 1. *de bapt.* & illarũ omiſſio eſt venialis præciſo ſcandalo. *Sot. in.* 4. *diſtin.* 3. *qu. un.*

Diſtincta expreſſio Vnitatis, & Diuinæ perſonarum Trinitatis eſt eſſentialis; ita vt nequeat dici baptizo in nomine Sanctiſſi-
1175 mæ Trinitatis, vel in nomine Chriſti. *c. in Synodo.* 81. *de conſecr. diſt.* 4. *D. Th.* 3. *p. q.* 66. *ar.* 6.

Valet tamen in nomine Genitoris, Geniti, & Procedentis ab vtroque, ſiue Spiritus Sancti; nàm non mutatur ſenſus Verborum
1176 ſecundùm communem acceptionem; idem enim eſt Pater, ac Genitor, Filius, ac Genitus, &c. *Caiet.* 3. *pa. q.* 66. *art.* 5. *ad.* 7. *Arriag. to.* 7. *diſp.* 24. *num.* 19. plures apud. *Leand.* hic. *q.* 23. citantẽ pro contraria. *Tolet.* 2. *ſum. c.* 19.

Mi-

Miniſter

ORdinarius, aut Delegatus. *Ordinarius* cui ex officio competit miniſtrare Sacramentum Baptiſmi, vt eſt Epiſcopus, Vicarius, ſimplex Sacerdos ſecularis non regularis extra caſum neceſſitatis. *Florent. in decr. Eugen. c. placuit. 8. 16. q. 1. Delegatus*
1177 poteſt eſſe quiuis homo ratione vtens ſi intendat facere, quod eccleſia facit. *Trid. ſeſ. 7. c. 4.* & miniſter neceſſitatis peccat ſine neceſſitate baptizans. *c. quod quidam. 97. 1. q. 1.* venialiter ſecundùm *Caiet. 3. par. q. 67. art. 3.* mortaliter ſecundùm *D. Tho. 3 par q. 67. art. 2.* non eſt tamen irregula-
1178 ris laicus baptizans etiam ſolenniter; quia nullo iure id exprimitur, & *tex.* in *c. 1. de cler. non ord. min.* loquitur de clerico, in pœnalibus nō extendendo ad laicos.

Subiectum

ESt omnis homo natus, ſiue infans, ſiue adultus. *Trid. ſeſ. 7. c 2. & can. 12. & 13. Math. 19. Ioan. 3. 1. Petr. 3. Matth. vlt.* con-
1179 cepti verò ex fœmina, & bruto (ſi id poſſet eſſe) non indigerent baptiſmo ob defectũ originalis peccati *Trid. ſeſ. 5. can. 3.* Infãtes inuitis parẽtibus infidelibus baptizati ſunt validè, non verò licitè; ne fides reddatur odioſa parẽtibus. *S. Th. 2. 2. q. 68. art. 10.* Niſi in mortis extremo articulo,
1180 charitate tunc vrgente ad ſuccurrendũ moribũdis infantibus, & ceſſante periculo ſubuerſionis morte baptizati. *Lorch. 2. 2. q. 10. art. 12. diſp. 37.*

Nemo verè, & certè baptizatus rebaptizari poteſt

poteſt. *Trid. ſeſ. 7. can.* 12. *d. c.* 97. *c. non licet.* 107. *c. cum itaque.* 112. *de conſecr. diſt.* 4. Et
1181 baptizatus domi vrgente neceſſitate, poteſt ſub conditione rebaptizari in eccleſia ob periculum erroris in conferendo baptiſmo; & quia obſtetrices quandoque veneficæ non baptizant, vt accidit caſus, in quo domi non baptizatus, nec fuit in eccleſia baptizatus dicente Parocho obſtetrice, infantem ſe baptizaſſe domi, quod
1182 erat falſum. Si verò certum ſit domi fuiſſe baptizatum, ſolennitates in eccleſia ſupplendæ. *Tolet. lib.* 2. *c.* 13.

Vnus teſtis probat baptiſmũ. *c. paruulos.* 110. *de conſecr. diſt.* 4. & natus, & conuerſatus
1183 inter fideles præſumitur baptizatus. *c. veniens.* 3. *de presb. non bapt.*

Effectus baptiſmi.

I. Eſt tollere originale, & actuale peccatũ cũ omni pœna; conferre gratiam ſan-
1184 ctificantem vnà cum virtutibus annexis. *Trid ſeſ.* 9. *can.* 6. & adultis inæqualem confert gratiam ob inæqualem diſpoſitionem. *Trid. ſeſ.* 6. *c.* 7.

II. Imprimit characterem. *Trid. ſeſ.* 5. *can.* 9.
1185 Viator ſit ſubditus, & particeps bonorum eccleſiæ. *Trid. ſeſ.* 7. *de bapt. can.* 7.

Et in baptiſmo adhibetur Patrinus ex præcepto eccleſiæ; licèt non peccet mortaliter Parochus baptizans ſolenniter ſine Patrino. *Poſſeu. de off. Cur. c.* 16. *nu.* 52. Qui Patrinus debet eſſe Catholicus cum debeat docere fidem, & contrahit cognationem
1186 ſpiritualem cum Matre, & Patre illius;

debet

debet tamen tangere Infantem nomine proprio; ita vt per Procuratorem tangens non contrahat cognationem. *c.1.2.& 3. 30.q.1. Veg pa.1.c.13.caſ.44.*

Confirmatio

ROborat fidelem ad pugnam pro fide. *c. 1.& 2.de conſecr.diſt.5.* Eſt ſacramen-
1187 tum vnctione Chriſmatis ſub certa forma verborum dans gratiam ſanctificãtem firmantem in fide. *Trid.ſeſ.7.cap.1. Magiſt. in 4. diſt.7.* Eſt Sacramentum à Chriſto Domino inſtitutum. *Trid.ſeſs.7.can.1.*& 9. nõ eſt de neceſſitate medij, aut præcepti etiam ſub veniali, licèt recipiantur ordines. *D.Tho.3.p.q.72.art,8. Trid. ſeſ.23.c.3 Sot.in 4.q.vlt art.6.*

Materia

R*Emota* eſt Chriſma benedictum ab Epiſcopo cõfectũ ex oleo oliuarum,& bal-
1188 ſamo *Flor.in decr.Eug.Trid.ſeſ.7.can.2.* Balſamũ ſufficit,ſiue ſit Paleſtinum,ſiue Indicum: oleum debet eſſe oliuarum. *Flor. in decr. Vnio.* Balſamum non eſt eſſentiale, ſed eſt pars integralis iure diuino huius Sacramenti. *c. paſtoralis. 1. de Sacr. non iter.* vbi ſuppletur incautè omiſ-
1189 ſum,& ſic non eſt pars eſſentialis; quia non ſuppleretur, ſed denuò deberet confici Sacramentum. Suppletur: ergo pars integrans naturam Sacramenti iam exiſtentem.

Quæuis immiſtio balſami ſufficit dummodò verificetur balſamum immiſtum eſſe.

Chriſma debet eſſe benedictum ab Epiſcopo

in

in die Cœnæ. *c. litteris.* 18 *de conſec. diſt.* 3. & diſpenſante Papa, etiam à ſimplici Sacerdote. *Flor loc. cit* D *Th.* 3 *p. q.* 7 *art.* 3. vbi *Caiet. ex. c. peruenit.* 1 *diſt.* 95 vbi ſim-
1190 plex Sacerdos ex diſpenſatione Summi Pontificis poteſt miniſtrare hoc Sacramẽtum. Ergo etiam præparare materiam.

Materia *proxima* eſt Vnctio in fronte in for-
1191 ma crucis facta manu Epiſcopi conſecrati. *c presb.* 119. *de conſ. diſt.* 9. Si careat fronte, confirmandus in parte quæ ſupplet locum frontis. Facienda vnctio pollice manus dexteræ Epiſcopi, & poteſt fieri medio alio inſtrumento. *Arriag. hic nu.* 7.

Quævis Vnctio ſufficit, nec requiritur ma-
1192 nuum impoſitio eſſentialiter. *c. manus.* 9 *de conſ. diſt.* 5.

Forma

ESt ſigno te ſigno crucis, & confirmo te chariſmate ſalutis in nomine Patris,
1193 Filij, & Spiritus Sancti. *c. nunquid.* 101. *c. de his.* 3 *c.* 4. *de conſecr. diſt.* 5.

Sacramentum Euchariſtiæ

ESt ſignum ſenſibile &c. ſpecierum Panis, & Vini, & Chriſti Dñi. Conſtat in recto eſſentialiter ſpeciebus Panis, & Vini,
1194 Corpore, & Sanguine Chriſti Domini. *c. hoc eſt.* 48 *de conſec. diſt.* 2. eſt à Chriſto Domino inſtitutum. *Trid. ſeſ.* 13 *c.* 2.

Duæ ſpecies Panis, & Vini tanquam ex duplici ſpecie partiali vnum ſpecie atoma conſtituunt Sacramentum per modum conuiuij completi, à Chriſto Domino in-
1195 ſtitutum. *Ioan.* 6. 1. *ad Corint.* 13. Et cõ-

conuiuium

Digitized by Google

nuiuium eſt vnum ſpecie cōſtans ex diuerſis ſpeciebus. *D.Th.3.p.q.73.art.2.*

Recipiens vnam ſpeciem totum recipit Sacramentum quoad rem ſignificatam,& in
1196 ſe: quoad ſigna verò totum recipit, & non totaliter; totum; quia ſignum ſenſibile, & denominatio totius verificatur de parte; & qui recipit ex conuiuio quantum ei ſufficit dicitur conuiuaſſe; licèt nō omnes abſumat fercula, licèt non bibat pocu non indigens: ſic laici non indigent ſpeciebus Vini, & ex ſolis ſpeciebus Panis percipiunt quantum eis ſufficit; vnde integrè dicuntur conuiuaſſe.

Numero verò tot ſunt Sacramenta, quot ſpecies ſecundùm quod ex ſpeciebus conſtat;
1197 Non verò multiplex numerò ſecūdùm quod Chriſtum Dominum continet. Recipiens autem ſimul plures hoſtias dicitur vnum numero ſumere Sacramentum ob vnitatem Chriſti, & gratiæ ſanctificantis collatæ.

Neceſſitas huius Sacramenti

Eſt præcepti. *Ioan.*6. ibi. *niſi manducaueritis.* Per ſe non eſt medij, nec in *re* nec in *voto*. Nam per ſe ſupponit ſaltem baptiſmum, & ſic gratiam, tum in infantibus, tùm in adultis. T*rid. ſeſ.* 21. *can.*4.
1198 & *ſeſ.* 5. *can.*3. Eſt tamen medium neceſſarium ad facilius perſeuerandū. *Ioan.* 6. ibi. *viuet propter me.* T*rid.ſeſ.*13.*c.*2.

Materia

Eſt ſolus panis triticeus aqua naturali confectus coctus; nam ita eſt vſualis.

Trid.

Digitized by Google

1199 *Trid. ſeſ. 13. can. 2.* idque ſiue *Azimus* apud Latinos, ſiue *Fermẽtatus* apud Græcos cuiuſcunque coloris. *Flor in decr. vn. §. 2. c firmiter. §. vna verò. de Sum. Trin & fid. cath.* Et ſic non eſt materia hordeum, auena, far, typha, centenum, ſpelta, ſiligo, lolium, oriza, amidum, maſſa cruda; Panis verò malè factus eſt viualis, vt panis in ore contritus, ac madefactus non deſinit eſse panis vſualis. *Scot. in 4. diſt. 9. q. 1. art. 3. Suar. diſp. 44. ſect. 2.*

Materia Calicis eſt vinum de vite uſuale cuiuſcunque coloris, ac ſaporis; & ſic, contrà *Ric. in 4. diſt. 11. ar. 2.* expreſſum, nõ intra botrum. *Trid. ſeſ. 22. d c. firmiter.* Si uerò
1200 miraculo, ut in Cana Galileæ, naturale uinum crearetur, eſset materia; quia licèt non eſset ex vite, eſset tunc eiuſdem ſpeciei, ac vinum vitis. Lora, acetum, ſpiritus ardens, vinum coctum non eſt materia; quia non eſt vinum vitis vſuale.

Vino eſt immiſcenda gutta ſaltem aquæ naturalis à Sacerdote, & in ſolenni à Subdiacono. *c. 1. 2. 6 de conſ. diſt. 2. c. cũ martha. 6. §. queſiuiſti. de celebr. miſſ.* Idque ex præcepto eccleſiæ; non de neceſſitate Sacramen-
1201 ti. *Trid ſeſſ. 22 c. 7.* ibi. *præceptum eſt ab eccleſia ſacerdotibus.*

Aqua non debet, & fortè non poteſt conuerti in vinum, ſed per medum vnius tranſ-
1202 mutatur in ſanguinem Christi Domini. *Alan. lib. 1. de euch. c. 13. Lug. diſp. 4. ſect. 3. Innoc. III lib. 7. de myſt. miſ. c. 11* Patet I. ex *D. Algero. lib. 1. de Sacram Corp*

Chr. ex *c.panis.55.* §.*accipite.diſt.2.* ex *d. c.cum martha.* §.*verùm.*ibi *aquam cum vino in ſanguinem tranſmutari.* II. Quia res certa, vt eſt tranſmutatio in sãguinem, non debet pendere ab incertis, vt eſt conuerſio aquæ in vinum, quæ à multis negatur Phyloſophis. *d.c.cum martha. Plin.lib. 16.hiſtor.c 35.*

Vinum ergo vſuale, quale eſt lymphatum, eſt
1203 materia huius Sacramenti. *Trid.ſeſ.13. cap 2.*

Materia debet eſse ſenſibilis; ità vt ſit præ-
1204 ſens, certa, determinata conſecranti oſtendibilis per *hoc*, & *hic*.

Subſtantia Panis, & Vini Deſitio.

TOta ſubſtantia panis, & vini deſinit in inſtanti conſumatæ conſecrationis. *Flor.*§.*3.d.c.firmiter.*§.*vna verò. Trid.ſeſſ. 6.can.2.* Ità vt non remaneat ſubſtantia
1205 panis hypoſtaticè vnita Chriſto Domino; contra *Pic. Mirand.* Nec vnita corpori, & animæ Chriſti; contra *Durand.* nèc exiſtentia Panis, & Vini; contra. *Band.* nec potentia paſſiua materiæ deſtructa materia; contra *Auerſ.*

Deſitio ſubſtantiæ Panis, & Vini eſt Tranſubſtantiatio huius ſubſtantiæ in Corpus, & ſanguinem Chriſti Domini, quæ dicitur Tranſubſtantiatio; quia deſinit in ſubſtantiam corporis, & ſanguinis Chriſti *Trid.ſeſſ.13.c.4.D.Th.3 par. qu.75. art. 3*
1206 non annihilatio; quia non deſinit in nihil; nec Corruptio; quia nec deſinit in materiam.

Chri-

Chriſtus Dominus Præſens Sacramentalitèr.

CHriſtus Dominus eſt præſens in hoc Sacramento vi vonuerſionis,& trāſubſtātiatiuè,ratione cuius dicitur reproduci. *c.vtrum ſub figura.*72. ibi. *efficitur. c.Pa-*
1207 *nis.*55. ibi.*fit caro, fit corpus Chriſti.de conſecr. diſt.* 2. *S. Cyprian. ſerm. de cœna Dom.* ibi. *corpus ſuum creat.* eſt enim tranſubſtantiatio non motus localis; & ſic debet habere terminum productum non adductum.

In Chriſto Domino ſub hoc Sacramento illud venit *per ſe*, quod ſignificatur à verbis; illud *concomitanter* venit, quod eſt vnitum rei venienti per ſe; & ſic per ſe venit corpus, & ſanguis; concomitanter
1208 cętera vnita corpori,& ſanguini.*Trid. ſeſſ.*13.*c.*3.& ſic venit concomitanter Anima Chriſti Domini, Diuinitas, Perſonalitas,etiam tota Sanctiſſima Trinitas. *Trid. loc.cit.D.Th.opuſ.*63. Eſt enim cum Diuina natura Sanctiſſima Trinitas.Quæ Sanctiſſima Trinitas poteſt dici etiam manducari hoc eſt ſumi; non verò dentibus conteri, comprimi in hoc Sacramento ſecundùm *D. Th.loc.cit.Vaſq.diſp.*185.*c.*2. *n.*18.

1209 Concomitanter etiam veniunt, quæ complent Chriſtum Dominum naturaliter,vt dentes, capilli, vngues, Accidentia organizationis. *D.Th.*3.*par. qu.*76.*art.*4.

Eſt Chriſtus Dominus ſub ſpeciebus totus in toto, & totus in qualibet parte,etiam facta,

& non facta ſeparatione ſpecierum. *Trid. ſeſſ.* 13. *c.* 3. In materia nanque homogenea non eſt aſſignabilis pars, in qua ſit pes, in
1210 qua caput. Et ſic ſemèl eſt totus in toto, & in qualibet parte totus, vt Angelus, qui eſt totus in toto; Anima, quæ eſt tota in toto corpore, & tota in qualibet parte. Non habet figuram localem, ſed in ordine
1211 ad ſe, quà caput, immediatè eſt collo, mediatè verò alijs partibus; vnitum.
Chriſtus Dominus in hoc Sacramento exer-
1212 cet potẽtias ſpirituales, & omnes potẽtias ſenſitiuas internas. Externas verò, quę requirunt extentionem, non exercet, niſi ſupernaturalitèr.
Chriſtus Dominus ſpeciebus vnitur ineffabili quodam modo, vt loquitur *D. Th. in* 4. *diſt.* 11. *q.* 1. *art.* 1. *qq.* 1. *ad.* 1. nam ſubrogatur loco ſubſtantiæ Panis vnitæ accidẽribus, quæ non eſt Vnio receptionis; nec inhæſionis; nam ſpecies non informant, non adhærent, nec inhærent Chriſto; ſed eſt Vnio coexiſtentiæ, quæ inuenitur etiam in naturalibus inter cõtinuum,
1213 cuius pars vna alteri vnitur, nec inhæret, nec adhæret. Et in Chriſto Domino inuenitur vnio coexiſtentiæ, ſine continuatione naturali, vt eſt Deo poſſibilis. *Trid. ſeſs.* 13. *c.* 1. ibi *poſſibilem tamen eſſe Deo*.
Deſinit Chriſtus Dominus ſub iſtis ſpeciebus quando ſpecies deſinunt, & ſic tandiù eſt in Stomacho quandiù ſpecies ſunt incorruptæ, vt exiſteret ſubſtantia panis; quæ ſpe-

Digitized by Google

ſpecies exiſtant miraculosè cauſalitate di-
1214 ſtincta ab illa, qua conſeruabantur à ſubiecto; nàm maior cauſalitas requiritur extrà, quàm intrà ſubiectum.

Forma huius Sacramenti

EST, Hoc eſt Corpus meum, Hic eſt ſanguis meus. *Flor. in decr. Eugen.* quæ verificatur in vltimo inſtanti, in quo cō-
1215 pletur eius ſignificatio. Eſt Tranſubſtantiatiua. *D. Th. 3. par. q. 78. art. 1. ad. 4. & art. 3.*

Miniſter

EFficiens hoc Sacramentum eſt ſolus Sacerdos, licèt depoſitus, hæreticus. *ad Hebr. 5. Trid. ſeſſ. 22. c. 1. c firmiter. de Sum.*
1216 *Trin.* & plures poſſunt conſecrare vnā hoſtiam, ſi ſimùl perficiant formā. *D. Th. 3. p. q. 87. art. 2.* Et conſecrantes cum Epiſcopo ſe habent, vt cauſæ totales; nam etiam alijs deficientibus vi vnius poneretur Sacramentum. *Vaſq. diſp. 271. cap. 6. n. 40.*

Miniſter verò Ordinarius diſtribuens eſt Sacerdos. *Trid. ſeſſ. 13. c. 8 c. peruenit. 29. de conſecr. diſt. 2.* Delegatus eſt Diaconus. *c.*
1217 *diaconos 13. c. præſente. 18. diſt. 93.* An autem laicus in extrema neceſſitate poſſit ſe ipſum communicare? Affirmant 18. *DD.* apud *Leand. hic. qu. 12. Arriag. Auer. Suar.* & alij. Negant 15. apud eūdem. Mouentur primi; quia præceptum diuinum ſumendi Euchariſtiā in extremis nulla poteſt humana lege abrogari; & Regina
1218 Scotiæ Maria ſe ipſam communicauit;

 &

& olim laici accipientes à Sacerdote Euchariſtiam ſe ipſos communicabant tempore opportuno. *d.c.peruenit*.29.
Et Sacerdos ex ſola deuotione poteſt ſe ipsũ communicare extrà Sacrum. *Suar.diſput.*
1219 52.*ſect*.3.etiam præſente alio Sacerdote.*Vaſq.diſp*.219.*c*.1. *Hena. diſp*.15.*n*.41. Si enim alijs, cur non ſibi ex deuotione miniſtrare poteſt?

Effectus Euchariſtiæ.

I. Eſt Gratia ſanctificans per ſe quoad augmentum. *Trid.ſeſ*.13.*c*.2.quam non cauſat exiſtens in ore; quia non dicitur manducare, qui non traijcit cibum. Matth.27.ibi.*cum guſtaſſet noluit bibere.*
1220 Sed cauſat poſtquam valet dici bibitũ eſt,comeſtũ eſt; ſiue id verificetur traiecto gutture; ſiue quãdo ad ſtomachũ deuenit. Et gratiã cauſat tãtùm pro primo inſtanti, quo id verificatur. *D.Th*.3.*p. q*.80. *art*. 8.*ad* 1. Nàm cibus iſte diuinus digeſtione nõ indiget: aliàs pium eſset grandiorem, vel plures ſimul recipere hoſtias; quod eſt falſum. *Henriq.lib*.8.*c*.43 §.2. Et licèt noua diſpoſitio accedat, pro tempore, quo eſt in vtero, gratiam maiorem non con-
1221 fert; quia gratia confertur illi,qui mãducat non qui manducauit. 1.*ad Corinth*. 11. & fieret iniuria laicis dimidiatam prębendo hoſtiam;nec eſset ſuperſtitioſus quærens maius gratiæ augmentum à pluribus particulis diuturniori duratione cõferendum. Nec vtraque ſpecies panis, &
1222 vini confert maiorem gratiam, quàm

vna.

Digitized by Google

vna. *D.Th.3.p.q.80. art.12. ad 3.* Vnum nanque Sacramentum conſtituunt ambæ ſpecies, unam rem ſignificatam. Et quoad fructum attinet, nulla gratia neceſsaria ad ſalutem defraudantur, qui unam ſpeciem ſumunt. *Trid.ſeſ.24.c.3.* ubi gratia neceſſaria ſumitur pro augmento gratiæ, non pro ſimpliciter neceſsaria. Enim uerò definit contra hæreticos aſserẽtes, laicos defraudari augmento gratiæ; quæ una gra-
1223 tia habet effectus lętificandi, & confirmandi. *D.Paſchal.lib.de corp.Chr.c.14.*

Ad cauſandam gratiam nõ requiritur actualis deuotio, ſed ſatis eſt, ſi deſit lethale. *D.Th.3.p.q.76.art.8. ad 1.* ex *Trid.ſeſ 13. c.6.* & *1. ad Corinth.11.* Imo nec impeditur gratia, ſi ex fine uenialiter mano, puta
1224 uana gloria, quis recipiat Euchariſtiã. *Hurtad.diſp 8.diff.3.*

II. Eſt Remiſſio peccatorum Venialium ex opere operato præcedente aliqua diſpoſitione; & etiam per accidens mortalium oblitorum præcedente ſupernaturali at-
1225 tritione putata. *Trid.ſeſſ.13.c.2 D.Th. 3.par.q.79.art.3.* & præſeruat à mortalibus excitando actus pietatis. *Pſal. 22. Trid. loc. cit.* ibi, *à peccatis mortalibus praſeruemur.*

III. Pro rata remittit etiam pœnam, *c. cum omne.7.de conſec. diſt. 2.* Intellectum illuminat, vnit hominem ad Deum, minuit fomitem; eſtque medicamen animæ, &
1226 corporis, & habet omnes effectus ſpiritualitèr, qui corpori communicantur à

cibo,

cibo. Dæmones etiam expellit. *D. Auguſt. lib. 21. de ciuit. Dei. c. 8. S. Greg. Niſſen. ad Cathec. c. 34. D. Th. opuſc. 58. c. 1.* & ſpecialiter cooperatur ad Reſurrectionem, ex. *Ioan. 6.* ibi. *ego reſuſcitabo eum.* *Trid. ſeſſ. 13. c. 2.*

1217 Nequit tamen quà Sacramentum, licèt poſſit quà ſacrificium, pro alijs applicari. *D. Th. 3. par. q. 79. art. 3 ad 3.* & in. *c. 6. Ioan. lect. 6.* poteſt tamen opus operantis pro defunctis applicari.

Pœnitentia

1218 EST Virtus, & Sacramentum. Quà uirtus non eſt aggregatum omnium uirtutũ, quarum quamlibet pœniteat peccati cõmiſſi aduersùs ipſius obiectum; Sed eſt ſpecialis uirtus per ſe tendens ad deteſtationem peccatorum, ut ſunt offenſæ Dei. Quæ ratio nulli alteri competens eſt ſpecificatiua per ſe uirtutis pœnitentiæ habentis pro obiecto offenſam deteſtabilem Dei. Quà Sacramentum; Eſt ſignum ſenſibile practicum ad placitum gratiæ ſancti-

1229 ficantis hominem à peccatis poſt baptiſmum commiſſis. Eſt à Chriſto Domino Inſtitutum poſt reſurrectionem. *Trid. ſeſ. 7. can. 1. ſeſſ. 14. c. 1. Ioan. 20.* Lapſis poſt baptiſmum eſt neceſſarium ad ſalutem, vel in re, vel in voto. *Trid. ſeſſ. 14. c. 7.*

Materia Remota

NEceſſaria sũt peccata mortalia poſt baptiſmũ commiſſa, non aliàs confeſſa:

1230 *Volũtaria* sũt peccata venialia; & mortalia aliàs confeſſa. *Trid. ſeſſ. 14. can. 7.*

Du-

Dubia, an ſint commiſſa? non ſunt materia neceſſaria. Idq; I. ex *Trid. ſeſ.* 14. *ca.* 5. Ibi. *Materia ſunt peccata quorum meminit ſe offendiſſe Deum:* at de dubijs, nec quis dicitur meminiſſe, nec offendiſse Deum; ſicuti, qui meminit ſe ſatisfeciſſe creditori, non dicitur dubius de ſatisfactione. II.

1231 Quia pœna in dubio innocenti non eſt imponenda, & talis eſſet pœna impoſita pro peccato dubio fortè non commiſſo. III. quia abſolutio pro dubijs non poteſt eſſe pura, ſed conditionalis; ſi ſcilicèt peccatum exiſtat: hoc eſt ſit certum obiectiuè. Ergo nunquam forma afficit peccatũ dubium Nec quis ſe exponit damnationis periculo dubia confiteri omittens: nam indirectè, ſi adſunt, abſoluuntur abſolutis alijs culpis ſaltem Venialibus, vt de oblitis aſſerit *Trid. ſeſſ.* 14. *c.* 5.

Peccatum commiſſum in actu baptiſmi, puta fictionis, non eſt materia confeſſionis, ſed remittitur ſequenti contritione. D. *Th.*

1232 3. *pa. q.* 69. *art.* 10. *ad* 2. contra *Perez. de pœnit. diſp.* 1. *c.* 4. *n.* 17. nam *Trid. ſeſs.* 14. *c.* 2. ait confitenda peccata poſt baptiſmum commiſsa, qualia non ſunt commiſsa in baptiſmo.

Peccata aliàs confeſsa ſunt materia Voluntaria huius Sacramenti; nam licèt nõ ſint deſtruenda, ſunt deteſtanda; nec per con-

1233 feſſionem poteſt tolli commiſſum eſſe; & gratia collata vi huius Sacramenti ſatis eſt, ſi ex ſe ſit remiſſiua peccati, & tribuat effectus, quorum ſubiectum eſt capax; non

enim

enim formâ omnes effectus, ſed tantùm, quorũ ſubiectum eſt capax, tribuit. Nõ tamẽ quis tenetur omnia mortalia confeſſa, nec in Generali confiteri. *Lug. de pœnit. diſp.* 18.*num.*55. Nam eſt materia voluntaria.

Circumſtantiæ peccatorum mutantes non aggrauantes intrà eandem ſpeciem, ſunt explicandæ; nam mutantes, non aggrauãtes mutant iudicium confeſſarij quoad eſ-
1234 ſentiam. Et quia *Trid.* aliud non exigit. *ſeſſ.*14.*c.*5. *D.Th.in.*4 *diſt.*16.*q.*3. *art.* 2 *qq* 1 Si verò quando circumſtantiæ mutant ſpecies poſſint ſeparatim explicari in eadem confeſſione, vt Sacrilegium, & Furtum; ſunt explicandæ, ſed poſſunt ſimul non explicari, etiam data opera. *Suar. diſp.*22.*ſect* 1.*nu* 8 *Sà. v.confeſſio. nu.*21.
1235 *Sanch* 4.*decal.c.*11. *nu.*24. *Auer. de confeſ q.*10.*ſect.*7.§.*oportere.* nam nõ aliud à *Trid.* exigitur, quàm quod explicetur eſſentia peccati, & illa ſimultas peccatorũ non facit aliam ſpeciem.

Materia proxima

EST confeſſio doloroſa peccatorum. *Trid. ſeſſ.*14 *c.* 5. Inſtituta à Chriſto Domino. *c.ad abolendam.* 9. *de haret.* *Trid.ſeſſ.* 15.*c.*1.*Ioan.*20. Et ab Eccleſia coarctata, vt
1236 ſemel in anno à fidelibus exequatur. *c. omnis vtriuſq.*12. *de pœnit. & remiſſ.* quo præcepto non tenentur habentes tantùm venialia. *Scot.in.* 4.*diſt.*17. vbi. *D.Th.qu.* 3.*ad.*3. etiam ſi velit lucrari Iubilæum. *Henriq.lib.*7.*c.*8.*n.*10. Cum autem ſint cõfiten-

1237 fitenda Iure diuino omnia peccata, voluntariè omittens ſine cauſa rationabili licita aliquid, præcepto confeſſionis annuæ non ſatisfacit. *Nauar.c.10.n.4 Suar.diſp.*
1238 *16.ſect.3* non tamen tenetur quis per interpretem confiteri, nec per ſcripturam Sacerdoti præſenti; nam id nullibi præceptum ab aduerſarijs probandum. *Sot.*
1239 *in 4 diſt.18 q 2.art.8.*

Confeſſio debet eſse integra de Iure Diuino materialitèr; vt ſcilicèt, niſi cauſa rationabilis damni proximi, vel proprij excuſet, explicentur omnia peccata, quæ memoriæ occurrunt facta diſcuſſione. *Trid. ſeſs.14.c.5.D.Th.in.4 diſtin 47 q 3.art.4.* Dimidiari autem poteſt quandò integri-
1240 tas ſit impoſſibilis; lege Diuina (contra Ianſeniſtas) ad impoſſibilia non obligante, vt eſt impotentia ad loquendum, vel obliuio, aut ſi concurrat aliud præceptum charitatis, puta ſi alij inconfeſſi moriātur; vel ſequatur confeſſario, pœnitenti, vel alteri graue damnum.

Nullum autem ſignum ſenſibile oſtendens moribundus, adhuc abſolui valet ſub conditione; quia agonia mortis in quolibet Chriſtiano præſumitur ex dolore peccatorum, quæ tunc præcipuè noluiſſet feciſſe, quando imminet æterna damnatio, qua
1241 interna agitatione timore damnationis externis ſudor, timor, palpitus erūpit; & erumpere præſumitur magis ex timore imminentis æterni mali, quàm mortis; Et ſic eſt materia ſi non certa, ſaltem

dubia

Digitized by Google

futurum. *Trid ſeſs.* 14 *c.*4. quod propoſitum eſt idem cum dolore ſupernaturali, ex motiuo vniuerſali Diuinæ offenſæ. *Arriag. to.*8. *diſp.*38. *n.*3. & 4. nam exclu-
1246 dit voluntatem peccandi. Et habens tale propoſitum debet tollere omnem occaſionem peccandi proximam voluntariam; nam illam velle eſt velle eſſe in periculo peccandi, quod eſt peccatum.

Forma

Eſſentialis eſt, *Abſoluo te à peccatis tuis*, reliqua ad integritatem ſpectãt. *D.Th.* 3.*p q.*84.*ar.*3. licèt *Sot. in* 4. *diſ.*22. *q.*1. *ar.*
1247 1. *v poſtremò. Henriq. lib.* 1. *de pœnit. c.* 11 *n.*3. velint formã cõſiſtere eſsẽtialitèr in ly *abſoluo* determinatã à præſenti pœnitẽte. Omittere *miſereatur tui, &c.* nec eſt Veniale, ſemoto ſcãdalo. *Fagund. prac.* 2 *lib.*1.*c.*9. *n.*15. Nequit forma eſſe con-
1248 ditionalis de futuro; quia conditio nequit ſuſpendere gratiam, quæ eſt effectus neceſſarius; & miniſtraretur abſenti, ſi conditio purificaretur abſente Sacerdote, quod eſt contra *Clementem. VIII.*

Satis eſt dicere *te abſoluo*, vt abſoluat à cenſuris, & peccatis, ſed in priori natura à cenſuris. *Sot. in.* 4 *diſt.*14.*q* 1. *artic.*3. *Bo-*
1249 *nac. diſp.*5 *q.*4.*pu.*1.*n.*10.

Miniſter

Ordinarius eſt quiuis ex officio abſoluens, vt Paſtor; ſiue Epiſcopus, ſiue Parochus. *Delegatus* eſt quiuis alius Sacerdos approbatus ab ordinario. *Trid. ſeſ.*
1250 23.*c* 15. ibi. *Ab Epiſcopis.* Non appro-

batus autem, tantùm à venialibus, & mortalibus aliàs confeſſis, cum ſint materia volũtaria, abſoluere poteſt. *Henriq. lib. 6. c. 8. n. 8. Bonac. diſp. 1. q. 7. pu. 1. n. 8. Arriag. diſp. 39 n. 26.*

Confeſſarius debet eſſe Idoneus, quoad ſciẽtiam, & mores, & abſoluens debet eſſe in gratia: nam Sancta ſanctè tractanda. *Lug. diſp. 6. de ſacram. ſect. 9.* dicens, vnum cõmittere peccatum plurium confeſſiones excipiens ſucceſſiuè; cum *Gabr. à S. Vinc.*
1251 *diſp. 8. q. 5. §. inquires.* quod diſplicet ob difficilem diſparitatem ab actibus pluribus ſuccèſſiuè completis turpibus. Debet eſſe Immunis à cenſuris: ſecùs incidit in irregularitatem; & Interrogatus à pœnitente, vtatur prudentia in proponenda Veritate; ne præcipitia ſuffodiat inuincibiliter ignoranti.

In articulo mortis, vel periculo, omnes Sacerdotes Chriſtiani, etiam Infideles abſoluere valent, & debent, vrgente charitate
1252 erga proximum. *Trid. ſeſſ. 14. c. 7.* vbi pro illo articulo omnis reſeruatio ceſſat; Idque etiam Sacerdos ſimplex præſente approbato: nam pro illo articulo omnes
1253 ſunt paritèr approbati. *Perez. de pœnit. Arriag. loc. cit. nu. 10. Tand. de pœnit. diſp. 6. q. 9. dub. 3.* Idque, vt pro illo ſaltem articulo libera ſit facultas confitendi cuilibet Sacerdoti.

Satisfactio

Est pars intergralis huius Sacramenti neceſſariò à miniſtro imponenda, nequeun-

queunte mutilum facere Sacramentum. *Trid.ſeſs.24 c.3.can.4. D.Th.3.p.q.90.ar.*
1254 2. & ex opere operato concurrit vnà cum alijs partibus ad cauſandam gratiam. *Reginald.lib.7.c.*8.licèt,non cauſare gratiam ex opere operato,velint *Lug.*poſt *Vaſq.diſp.*15.*n.*2.*Arriag.to.*8.*diſp.*47.*nu.* 3.aientes partem eſſentialem, non integralem Sacramenti cauſare gratiam. Facta in peccato mortali tollit pœnam remoto obice: nam eſt ſatisfactio, non ſatiſpaſſio. *Suar.de pœnit. diſp.*35. *ſect.*2. Nec
1255 peccat in peccato mortali implẽs pœnitentiam;ſiue pœnitentia cauſet,ſiue non cauſet gratiam; ad ſummum,enim,cauſaret augmentum;quod impedire, nec eſt veniale.*Lug.diſp.*35.*nu.*32.*Arriag.loc.cit. n.*21. Nec eſt implenda intentione ſatiſfaciendi; nam ſatis eſt opus iniunctum facere. *Sanch.*2.*decal.c.*130.*n.*17. Eſt im-
1256 plenda à pœnitente; quia recipere tenetur Sacramentum integrum:niſi ſit impotens; puta ſenſibus deſtitutus; & omittere paruam partem,eſt veniale; Imò, & omittere totam pro Venialibus, vel aliàs confeſſis impoſitam; nam leuis ſatisfactio culpis leuibus debita, eſt leuis materia.
1257 *Arriag.loc cit.n.*70.*Lug.diſp.*25.*ſect.*4. Sic, & recipiẽs indulgentias plenarias excuſatur à pœnitentia.*DD.* communiter. Ceſſat enim finis ſatisfactionis ablata pœna debita per indulgentias plenarias.

Effectus huius Sacramenti.

PLures. I. *Productio gratiæ ſanctificantis* per ſe tendentis ad delenda peccata.Ità vt, ſemper, ac Sacramentum eſt validum, cauſam producat; & conſequentèr non datur hoc Sacramentum validum, & in-
1258 forme. Idque I. quia dolor prærequiſitus ad Valorem Sacramenti eſt dolor diſponens ad delenda peccata; qui nequit eſſe, niſi ex motiuo vniuerſali; cum ne-
1259 queat vnum ſine altero deleri; & dolor de vnò ſine altero non eſt dolor diſponens, nec tendens ad delenda peccata.

II. Quia Sacramentum non exiſtit, ſi forma ſit falſa: Falſa autem eſſet in Sacramento informi *Abſoluo te*, ſi non deleret; ſicuti
1260 falſum eſſet, *Hoc eſt corpus meum*, ſi non adeſset Corpus Chriſti Domini.

II. *Effectus* eſt *delere quodcunque peccatum*: non enim infinita Diuina bonitas à malitia quacunque ſuperari valet. *Trid. ſeſſ.* 6. *c.* 14. *Iſai.* 55. *Matth.* 18. *Luc.* 3. Diui-
1261 na tamen abſoluta potentia poſset vnũ ſine altero remittere; nulla enim euidens contradictio. *Suar. de pœnit. diſp.* 10. *ſect.* 1. De facto tamen omnia ſemper remittit. *c maiores.* 3 *de baptiſmo*. Ità vt nõ reuiuiſcant peccata, licèt iterùm labatur
1262 abſolutus. *Nahum.* 1. *ad Rom.* 11. *c. Diuina. de pœnit. diſt.* 4.

III. *Effectus eſt delere reatum pœnæ eternæ*. *Trid. ſeſſ.* 6. *c.* 14. *ad Roman.* 8. IV. *effectus* eſt *Reuiuiſcentia* omnium meritorum,

&

& gratiæ anteà factæ in ſtatu vitæ ſpiritualis ; quæ dicuntur opera mortificata per peccatum. *Ad Hebr.* 6. *Ezech.* 18. *Trid.*
1263 *ſeſs.* 6. *c.* 16. ibi. *amiſsā recuperauerint. Scot. in.* 4. *diſt* 21. *art.* 2. *Suar. opuſc. de reuiuiſc. merit. diſp.* 1. *ſect.* 1. *n.* 17. dicens integrè recuperari merita, & gratiam vnà cum virtu ibus, quæ gratiam conſequuntur. *Ioel.* 2.

Sigillum Confeſſionis

Est ſtrictiſſima indiſpenſabilis ab homine iuris diuini obligatio occultandi quidquid dictum eſt in ordine ad abſolutionem, etiam ſi ſint ſcrupuli, vel defectus
1264 naturales *D.Th. in* 4. *diſt.* 21. *q.* 3. *art.* 1. *qq.* 3 *c. placuit.* 3. 6. *q.* 2. *c. Sacerdos* 2. *de pœni diſt.* 6. Ita vt, confeſsarius, nec dicere valeat, illum confeſsum eſse mortalia, nec venialia in ſpecie ; etiam ſi non abſoluit pœnitentem ; & notitia habita in confeſſione nequit vti in adminiſtratione, & gubernatione Economica, politica: nec pro ſua vita ſaluanda; nam eſt ità, ac ſi, vt homo ei nihil dictum eſset; & ſic debet in gubernatione vti prudentia, vt cæteri non confeſsarij gubernant: nec enim ex audi-
1265 tis in confeſſione debet eſse melioris conditionis, quàm ſi non audiuiſset.

Sigillum ligat etiam interpretes, & alios excipientes ex confeſſione ſacramentali. *D.*
1266 *Th. in.* 4. *diſt.* 25. *quaſt.* 1. *Lug. diſp.* 23. *nu.* 39.

Extrema Vnctio

E St ſignum ſenſibile ſanctificans hominem baptizatum moribundum Vnctione Olei benedicti, quoad certas corporis partes. *Iacob. 5. c. vn. de extr. vnct.*
1267 eſt à Chriſto Domino inſtitutum. *Trid. ſeſs. 14. c. 1.* Promulgatum tamen à *D. Iacob. c. 5.* Non adeſt præceptum illud recipiendi: ita vt, remoto ſcandalo, & cō-
1268 temptu, nec venialiter peccat illud nō recipiens. *D. Th. in 4. diſt. 32. art. 1. Suar. diſp. 44. ſect. 1.*

Materia remota

E St Oleum Oliuarum non alterius rei. *Florent. in decr. Eugen.* & poteſt Parochus miſcere benedicto in maiori quantitate non benedictum; quia maius dignū trahit ad ſe minus dignum. *c. quod*
1269 *in dubijs. 3. de conſecr. eccleſ. vel altar.* ita vt, nullum ſit peccatum, ſi ſit timor, ne deficiat. *D. Th. in 4. diſt. 12. q. 1.* Debet eſſe benedictum ab Epiſcopo de neceſſitate Sacramenti. *Trid. loc. cit.* licèt non ſit neceſſarium, vt eodem anno benedicatur; cum non deſinat poſt annum eſſe benedictum. Idque, nec de neceſſitate præcepti Eccleſiæ: quia *c. ſi quis. 122. de conſecr. diſt.*
1270 4. loquitur de Chriſmate, non de Oleo, *Ledeſma* cum *Dian. pa. 10. tract. 8. reſolut.* 86. Satis eſt vna gutta, qua verificetur Vnctio. *Dian. par. 5. tract. 2. reſol. 88.*

Materia proxima

E St Vnctio; debetque fieri in quinque ſenſibus. *Flor. in decr. Eugen.* Satis eſt

ſi fiat

ſi fiat à Sacerdote, & neceſſitate vrgente; mediante aliquo Inſtrumento; ſufficitque in neceſſitate vnica vnctio. *Arriag. hic. n.*
1271 17. nam *D. Iacob:* tantùm vnctionem requirit. Nec ſunt vngendæ duæ manus, ſed ſufficit vna; in vnctione debet exprimi ſenſus, qui vngitur, ſuppoſito, quod ſit vngendus. Vndè, ſi in neceſſitate vngeretur vnus pro cunctis, cuncti eſsent exprimendi, dicendo. *Ignoſcat tibi Deus quidquid deliquiſti per guſtum, auditum, odoratum, & tactum. Auerſ. hic. ſect. 4. §. iam circa.* In ſingulis vnctionibus confertur gratia, ſed in prima eſsentialiter; integraliter per alias; cum nulla in oppoſitum ra-
1272 tio conuincat. *Suar. diſp. 41. ſect. 2.* contra *Auerſ. hic. ſect. 5. §. hoc ergo.* volentem conferri indiuiſibiliter in vltima vnctione: ità vt nullum, eſset Sacramentum, obeunte infirmo ante vltimam vnctionem.

Forma

EST, *per hanc Sanctam Vnctionem, & ſuã pijſſimam miſericordiam indulgeat tibi Deus quidquid per viſum deliquiſti, &c.*

Inuocatio SANCTISSIMÆ TRINITATIS non eſt eſsentialis, quia hoc Sacramẽ-
1273 to fidem non profitemur, imò nec de de pręcepto ait *Suar. diſp. 40. ſect. 3.*

Forma debet eſse deprecatiua. *Iacob. 5. Trid. 14. ca. 1. D. Th. in 4. diſtinct. 23. quæſt. 1. art. 4.*

Digitized by Google

Subiectum

EST baptizatus periculosè infirmus, licèt destitutus rationis vſu nō excōmunicatus, non interdictus. *c. quod in te. de pœn. & remiſs. Iacob. 5. Trid.* 14 *c.* 3. non alij ſani in periculo, vel articulo mortis, nec vrgente leui infirmitate. *Dian pa.* 9. *tra.* 6. *reſolut.* 45. contra *Quintanad. to.* 1.
1274 *tract.* 5. *ſingul.* 2. *num.* 5. exigentem quamlibet infirmitatem.

Miniſter

VAlidè eſt Sacerdos. *Iacob.* 5. *Licitè* tamen eſt Parochus, vel alius eius licētia. Et vrgente neceſſitate, etiam religioſus
1275 Sacerdos. *Leand. to.* 1. *tra.* 4. *diſp.* 4. *q* 3. Si facta altera vnctione moriatur Sacerdos, debet ſuppleri ab alio ob probabilem opinionem validitatis Sacramenti, & repetendæ ſunt factæ Vnctiones ſub conditione, ſi non fuerint validæ. *Arriag. loc.*
1276 *cit. n.* 16. contra *Bonac. pu.* 4. *n.* 9. aientē ſupplendum quod deeſt.

Effectus huius Sacramenti

I. EST gratia ſanctificans. II. eſt remittere peccata venialia, & mortalia oblita præcedente diſpoſitione. *Trid. ſeſs.* 14. *c.* 2. III. eſt tollere reliquias peccatorum, ſcilicet
1277 cet triſtitiam, timorem, faſtidium in bonis actibus eliciendis. IV. alleuiare infirmum, etiam corporaliter, & ſanare, ſi animæ expediat. *Trid loc. cit. c* 2. *Iacob.* 5.

Or-

Ordo

EST parium, diſpariumque miniſtrorum conſtitutio in ordine ad conficiẽdam Euchariſtiam. *D. Auguſt. 1. de ciuit. c. 13.* Eſt Sacramentum à Chriſto Domino inſtitutum. *Trid ſeſ. 23. can. 3.* Diuiditur in
1278 7. ſubordinatas ſpecies. *Trid. loc cit. ca. 2.* inter quas non numeratur prima tonſura. *Hurtad de ord. diff. 9.* Ordines minores non eſſe Sacramenta docet *Sot. in. 4.* poſt *Magiſtr. in. 4. diſt. 22. Vaſq. to. 3. diſp. 137. c. 2. Buſſemb. 6. medul. tra. 5. c. 2.* oppoſitum dicens probabilius; quia in Primitiua Eccleſia non aderant. Communius tamen eſt oppoſitum. *Leand. de ord. tra. 6. q. 6.* citans 33. *DD.* De Subdiaconatu, & Diaconatu negant etiam multi cum *Magiſt. in. 4. diſt. 23. Durand. q. 1. Caiet. tom 5.*
1279 *opuſc. tract. 11.* & alijs pluribus. Verùm oppoſitum receptiſſimum eſt cum *Palao. to. 4. tra. 27 pu. 3.* poſt. *D. Th.* Presbyteratus eſt Sacramentum. *Trid. ſeſſ. 23. can. 1. & 4.* Item & Epiſcopatus. *Trid. loc. cit. c. 4. c fin. de presbyt. non baptiz.* & diſtinguitur à Sacramento Sacerdotij, cum poſſit ha-
1280 beri Sacerdotium ſine Epiſcopatu: Imprimitque characterem. *Hurtad. de ordin. diff. 3.*

Materia

EST res ſenſibilis inſtituta ad oſtendendã poteſtatis traditionem. *Arriag. loc. cit. n. 8. & 9.* Ita ùt, ſi formæ non eſſent inuẽtę
1281 Pontifex poſſet dicere *Sis Sacerdos*; ſecundùm *Innocent. in c. presbyter.*

Mi-

ESt Epiſcopus. *Concil. Nicen. can.* 4 *Trid. ſeſſ.* 23 *can.* 4. & 7. qui poteſt eſſe Epiſcopus originis, domicilij, familiaritatis, & beneficij. *c. nullus.* 4. *de tempor. ordin. in* 6.
1282 *Originis*, vbi ipſe licèt fortuitò, vel eius pater, vel auus paternus eſt natus. *l. aſſumptio.* 6. § *filius. D. ad municip.* Reiecta origine matris. *Barb. de poteſt. Epiſc. alleg.* 4. *n.* 15.

1283 *Domicilij*, in cuius diœceſi ordinandus habet domicilium. *l. ciues.* 7. *C. de incol. lib.* 10. *Barb. loc. cit. n.* 26.

Beneficij etiam ſimplicis collatione quis ſubditur Epiſcopo conferenti, ratione cuius ordinari valet. *d. c. cum nullus.* 4. & ſufficit etiam tenuiſſimum. *Henriq. lib.*
1284 10. *c.* 22. § 2. *Garz. de benef. p.* 2. *c.* 4. *n.* 8. & habens à diuerſis diœceſanis beneficiũ, poteſt à quolibet illorum Ordinari. *Garz. loc. cit. n.* 2.

An autem poſſit præſentari laicus ad beneficium, ratione cuius ordinari valeat ab Epiſcopo non diœceſano, à quo eſt conferen-
1285 dum beneficium? Negandum omninò: Nàm nequit conferri prima tonſura non ſubdito ſine litteris dimiſſorialibus ſub pœna ſuſpenſionis per annum à collatione primę tonſuræ contra initiantem, & ſub pœna ſuſpenſionis initiati ad arbitriũ ordinarij *d. c. nullus.* 4. vbi *Barb. Trid. ſeſſ.* 14. *de reform. c.* 7. Cum ergo hic non ſit ſubditus, nec ratione beneficij conferendi vi præſentationis reddatur ſubditus; nam be-

beneficium non reddit ſubditum ante collationem, & poſſeſſionem,& laico conferri nequit. *c. dudùm. 12. §. cum autem. de elect c. ex litteris 6. de tranſact. c. cum adeò.* vbi *Felin. n. 4. de reſcript.* ordinans alterius diœceſis laicum præſentatum, ordinaret non ſubditum. *Stafil. de litter. grat. for. 9. expect. n. 34. Pariſ vol. 4. conſ. 25. n. 12. Sanch. 7. de matr diſp 12. n. 14.* & ita in puncto docet *doctiſſimus Vicar. Gener. Capit. D. Anton Flam. Marchet. de Angelin. in prax. Vic. cap tit. 83. §. 2. n. 82. & pa. 2. tit. 15. n. 27. Tancred. to. 4 træ. 5. q 54. n. 4* cõtra *Hyppol. de Maia. in bull. Clementis VIII. de reform. paroch. obſeru 20. num. 62.* citantem multos, qui non dicunt, niſi poſſe præſentari laicum, dummodò antè collationem beneficij fiat clericus; Cum ergo nequeat fieri clericus, cum non ſit ſubditus; nequit ei conferri beneficium.

Ex *familiaritate* triennali completa continua, licèt incepta ante Epiſcopatum, Epiſcopus valet ordinare familiarem; dummodò ei deindè vbi primum beneficium
1286 conferat. *Trid ſeſs. 14. de reform. cap 2. Propoſit. 3 par. de Sacra. ordin. q. vn. n. 14. n. 142 Ricc. dec. 110. Garz. de beneſ to. 1. p. 2. c. 5. n. 83.*

Effectus huius Sacramenti

Eſt collatio gratiæ, characteris cum onere in ſacris recitandi horas canonicas. *c presbyt. 2. diſt. 91.* in quibus ſatisfacit præ-
1287 cepto, quoad ſubſtantiam recitans 7. ho-

Digitized by Google

horas canonicas: & continuatio, tempus, mutatio, eſsentiam officij nõ tollunt; dummodò adſit deuota ſaltem externa attentio, & vocalis pronunciatio. Ordinati tenentur etiam ad continentiam non iure Diuino. *Trid.ſeſs.24.c.9.* ſed eccleſiaſtico. *Gandau.quodlib.5.q.20.* plures apud *Sanch.7.de matrim.diſp.27.q.2.n.9.* & debet
1288 eſse tanta continentia, vt non ſolùm coràm Deo, ſed etiam coràm hominibus puriſsimi ſint, & habeantur. *c.12.c.ſicut.4. de cohab.cler.* *Trid.ſeſs.25.c.14.de reform.* *Prouerb.6.* Et omnis mala ſuſpicio auerruncanda. *c.clericus.10.diſt.81.*

Matrimonium

Est Sacramentum, & eſt Contractus. Vt eſt contractus; Eſt *Maris, & fœminæ legitima coniunctio indiuiduam vitæ con-*
1289 *ſuetudinem retinens.l.1.D.de rit.nupt.* *1.ad Corinth.6.c.1.27.q.2.* Tò *Maris, & fæminæ* reprobat *Poligamiam*, quæ eſt plurium ſimul. *c.licet.3.de ſpon.duor.* *Legitima coniunctio*; hoc eſt iuxta leges; & eſt animorum, non corporum. *d.c.1.l nuptias.31.D de reg iur.* *Indiuiduam vitæ* denotat matrimonij contractum ſola legitima cauſa, non vt reliqui contractus, mutuo conſenſu diſsolui poſse. *Trid.ſeſs.14.de refor.can.4.*

Vt eſt contractus, præter reliquas diuiſiones, diuiditur in *Legitimum*; celebratum, ſcili-
1290 cet, conſenſu iure naturæ non interdicto, vt matrimonium infidelium; quod diſsolui poteſt. *Laym.lib.5.tra.10.pu.1.c.3.*

c.3.n.1.coroll.3. in Ratum addens legitimo rationem Sacramenti. *c.quanto.7.* § *ſi verò. de diuort.* & *Conſumatum* Rato addens vſum corporis, ratione cuius indiſſolubile redditur. *Matth.*10. *n.*11. *Trid.ſeſſ.*24.*can.*5.*D.Th.in.*4.*diſt.*27.*q.*1.*art.*1.

Vt eſt Sacramentum, eſt *Signum ſenſibile coniunctionis Viri, & Mulieris ad procreationem hominum ex Diuina inſtitutione tendens.Maio.in.*4.*diſt.*16. *q.*1. Eſt Vnum Sacramentum vtrique conferens gratiam
1291 contrahenti; vt Sacrificium multis etiã prodeſt. Inſtitutum à Chriſto Domino. *Matth.*10. 9.*Ioan.*2.

Ratum diſſolui valet. I.Ex legitima cauſa, à Summo Pontifice probanda. *DD.*55. quos dat *Sanch.*2.*de matr.diſp.*14.*n.*2.& ità vſu receptum; nam *Pius V.* quatér di-
1292 ſpenſauit.*Nauar.c.*28.II.Ratum diſſoluitur, ſi alter ingrediatur religionem. *cap. deſponſatam.*27.*qu.*2. *extrau. antiqua.de Vot.* & coniugati rato matrimonio, habent bimeſtre immediatè poſt ad deliberandum, àn velint ingredi religionem; Idque poteſt vnus altero inuito. *c.ex publico.*7.*de conuerſ.coniugat.*Idque nõ poteſt ſi matrimonium ſit conſumatum.Nec di-
1293 citur conſumatum quandò non adeſt; vt ſi præcederet nuptias actus coniugalis. *Sanch.loc.cit. diſp.*21.

Materia, & forma.

MAteria *Remota* ſunt corpora. *Proxima* ſunt deliberatæ promiſſiones corporum; nam indifferens, vt ſit, & non ſit Sa-

cramentum Forma eſt Acceptatio delibe-
1294 rata mutua dictæ promiſſionis; nam determinat, & complet ſpecificè Sacramentum: Non enim ſunt verba Parochi, vt gratis voluit *Canus*; cum Parochus nec ſit miniſter.

Miniſter

SVnt contrahentes Vir, & Vxor. *D.Tho. in.4.diſt.28.q.vn.art.3.Amic.to.9.diſp.* 3. Vndè debent habere intentionem faciendi, quod facit Eccleſia; & Sacerdos in
1295 mortali aſſiſtens, cum non ſit miniſter, non peccat. *Sanch.2.de matr.diſp.6.n.4.*

Inter abſentes matrimonium contrahi valet per procuratorem, qui debet habere ſpeciale mandatum cum determinata perſona; nec poteſt excedere fines man-
1296 dati, nec alium ſubſtituere, niſi id exprimatur. *c.honorantur.13.32.q.2. c.fin.de procurat. in. 6.* Et fœmina poteſt eſſe procuratrix. *Sanch.2.de matr. diſp.11.n.15.* quod mandatum non extinguitur amentia mandantis. *Arriag.to.7.diſp.19.n.35.*

Impedimenta.

I. F*ilius fam.* vt inuito patre alios contractus, ità matrimonium inire nequibat. *l.nuptiæ.18. l.ſciendum.20. D.de*
1297 *rit. nupt.* At hodiè validè matrimoniũ contrahit inuito patre. *Trid.ſeſſ.24.de refor.c.4.* & etiam licitè, ſi pater irrationabiliter ſit inuitus. *Sãch.4.de matr.diſp.23.n.* 10. illicitè, ſi pater rationabiliter ſit inuitus; facit enim iniuriam patri, cuius eſt filiũ collocare. *l.fin.* §.*vtramq;C.de dot.promiſſ.*

II. Se-

II. *Seruus* olim tantùm Contubernium. *l. ſerui. 23. C. ad l. Iul. de adult.* Hodiè verò
1298 veras nuptias contrahere valet, etiam cum libera, quæ ſcit ſeruitutem; ſed cum conſenſu Domini. *c. ſi quis liber. 2. c. ſi quis ingenuus. 4. c. dictum eſt. 8. 29. q. 2.*

III. *Baptizatus*, & *non baptizatus* poterant olim, non modò inire matrimonium. *1. ad*
1299 *Corint. 6. Nicen. c. 53. c. 67. Sanch. 7. de matr. diſp. 71. n. 4.* & vno baptizato diſſoluitur matrimonium legitimum, ſi alter nolit baptizari. *c. gaudemus. 8. de diuor. Abb. in c. quanto. ibid.*

IV. Ligati *Voto ſolenni profeſſionis* nequeũt contrahere matrimonium, & ratum an-
1300 teà contractum annullatur. *c. meminimus. 3. c. rurſus. 6. Qui cler. vel vouen. Solenne ordinis ſacri votum*, non ſoluit anteà contractum, ſed impedit contrahendum. *extrau. antiquè. de Vot. Votum* verò *ſimplex*, excepto Voto Societatis, impedit non dirimit matrimonium. *c. vn. de vot. in. 6.*

V. Impediti cognatione Cõſanguinitatis, affinitatis, legali, ſpirituali;

COnſanguinitas, quæ eſt Proximitas perſonarum ab eodem per carnalem generationem deſcendentium. *l. 1. §. ſciẽdum. v. poſt ſuos.* C. *de ſuis, & legit.* impedit
1301 matrimonium; in linea *recta*, in infinitum, in linea *tranſuerſali*, vſq; ad 4. gradũ. *c. non debet. 8. de conſang. & aff. l. inceſta. 52. D. de rit. nupt. Linea* eſt ordinata perſonarum connexio. *Recta* componitur ex

generantibus, & genitis inter ſe; vt, Pater, filius. *Tranſuerſalis* componitur ex conſãguineis, qui ſunt ab eodẽ, licèt inter ſe, nec geniti, nec generãtes, vt, fratres. Nu-
1302 merãtur gradus in linea recta; *tot ſunt gradus, quot ſunt perſonæ una dempta*; in tranſuerſali *æquali*, vt inter fratres, & ſorores; *in illo gradu diſtant inter ſe, in quo diſtant à communi ſtipite*. In *inæquali*, vt, inter nepotem, & patruum: *In illo gradu diſtant inter ſe, in quo remotior diſtat à communi ſtipite c. ad ſedem. 2. c. 3. c. parẽtelas. 4. 35. q. 5.* Hæc iure canonico: Iure autem ciuili in ſucceſsione ſeruatur idẽ in linea recta; at in linea tranuerſali gradus duplicantur. §. 1. 2. & 3. *Inſtit. de grad.*
1303 *l. iuriſconſultus. 10. §. nunc ſingulos. D. de grad.*

Affinitas eſt Coniunctio cognationum proueniens ex copula naturali conſumata. *d. c. non debet. 8.* Vna *per ſe*, altera *per accidens*. Per accidens eſt inter conſanguineos
1304 Vxoris, & conſanguineos viri. Per ſe eſt inter virum, & conſanguineos Vxoris, inter Vxorem, & conſanguineos viri. Affinitas per ſe, alia ex *thoro licito*, alia ex *illicito. c. diſcretionem. 6. c. penul. de eo, qui*
1305 *cogn. conſang. Vxor.* Affinitas non per accidens, ſed per ſe, impedit matrimonium ex copula licita, vſque ad 4. ex illicita, vſque ad ſecundum gradum. *c. ſi qua mulier. 3. 4. & 5. 35. q. 10. c. nullum. 7. 35. q. 2. c. 1. c. non debet. 8. de conſang. & affin. Trid. ſeſſ. 24. de reform. c. 4.* Idque iure poſiti-

1306 ſitiuo, non naturali. *D. Th. 2. 2. q. 154. art. 9 Sanch. 2. de matr. lib. 7. diſp. 66. n. 7.* patet ex 1. *Reg. 2.* & quia Pontifices multoties diſpenſauerunt *Rebel. lib. 3. qu. 13. concl. 2.*

Cognatio legalis oritur ex adoptione perfecta. Impedit matrimonium inter adoptantem, eius Vxorem, & filios ex vna par-
1307 te, & adoptatum, vxorem adoptati ex altera. *c. ità diligere. c per adoptationem 30. q. 3. c. un. de cogn. leg.* Remanet inter adoptantem, & eius Vxorem cum adoptato, ſoluta adoptione, non cum alijs. *Sanch 7. de matrim. diſp. 63. n. 9.*

Spiritualis oritur ex collatione Baptiſmi, & Confirmationis. *c. ſuper eo. 3. c. ſi vir. 2. de cogn. ſpirit.* Impedit matrimonium inter baptizantem, confirmantem, patrinum
1308 ex vna parte, & confirmatum, baptizatum, eius matrem, & patrem ex altera. *Trid. ſeſſ. 24. c. 1. & 2.* Non oritur ſi bapti-
1309 zans ſit infidelis; legibus. n. eccleſiaſticis ſolutus eſt. *D. Th. in 4. diſt. 42. q. 1. art. 3. qq. 1. ad 4.*

VI. Impediti errore

Circa ſubſtantiam matrimonij, vel circumſtantiam, quæ ſit obiectum adæquatum Voluntatis ex defectu conſenſus,
1310 nulliter contrahunt matrimonium. *l. nihil. D. de regul. iur.*

VII. Raptus

Impedit durante rapta in poteſtate raptoris. *Trid. ſeſſ. 24. c. 15. de refor.*

VIII. Impediti Crimine;

I. HOmicidij coniugis facti animo cõtrahendi matrimonium cum altera, conſentiente homicidio, vel cum qua præceſſit adulterium cum occiſore, ne-
1311 queunt contrahere matrimonium. *c. ſi quis. 31. q. 1. c. 1. de conuerſ. infid.* II. Impediti ſunt crimine dirimente, qui viuente propria Vxore contrahunt ſerio, non ficto animo ſponſalia de præſenti, vel de futuro cum alia, quæ ſciebat promittentem coniugatum, vel cum qua præceſſit
1312 adulterium cognitum. *c. fin. de eo, qui dux. c. relatum. 31. q. 1. D. Th. in 4. diſt. 35. q. vn. in fin.* plures apud *Sanch. 7. de matrim. diſp. 69 nu 2.*

IX. Metus Iniuſtus

IMmpedit matrimonium, ſi ſit incuſsus ad finem contrahendi nuptias. *Trid. ſeß. 24. c. 9. c. requiuiſsuit. 17. c. cum locum. 14.*
1313 *c gemma. 29. de ſponſ. c. 2. de ijs, quæ vi.* Idque iure naturæ, vt diximus *num.* 407. & 406.

X. Publica honeſtas

NAſcitur ex ſponſalibus puris de iure validis, de præſenti, vel de futuro. *c. ſi quis deſponſauerit. 11. & 15. 27. q. 2. c. ſpon-*
1314 *ſam. 8. de ſponſ.* & dirimit matrimoniũ ortum ex ſponſalibus de futuro in primo gradu; ex ſponſalibus de præſenti; ſcilicet, matrimonio rato, non conſumato, vſq; ad 4. gradum. *Trid. ſeß. 24. c. 3 Pius V. in motu* incipit *ad Romanum*. Diſſolutis tamen ſponſalibus mutuo conſenſu euaneſcit

ſcit

1315 ſcit impedimentum. *Guttie. de matr. c.*103.

XI. Impotentia, & Impubertas

IMpediunt matrimonium. Impotentia naturalitèr. *c.*1.*c.quod.*2.*c.*3.*de frig. & malef.* Impubertas durante impubertate, de
1316 iure poſitiuo, *c. de illis.* 7.*de deſpon. impub.*

XII. Matrimonium Clandeſtinum

ESt, ſi ineatur ſine Parocho, duobus teſtibus, & denunciationibus. Eſt nullum iure poſitiuo. *Trid.ſeſſ.*24.*c.*1. *de reform.* Parochus debet eſſe proprius; & eſt ille in cuius Parochia quis habitat, etiam modico tempore. *Sà.v.Parochus.n* 2. *Pont. lib.*5.
1317 *c.*5. nec requiritur animus ibi permanendi. *Sacr.Congr.*apud *Barb.in collect.ad Trid.ſeſſ.*24.*c.*1. *n.*10. Satis enim actualis habitatio, non domicilium. *Fagn.in c.ſignificauit.n.*34.*de paroch.* Idque etiam, ſi id fiat cauſa recreationis, vel nè impediatur à conſanguineis. *Sac. Congr.* apud *Amic. hic.diſp.*7.*ſect.*5. *n.*26.

Teſtes ſufficiunt, ſi habeant vſum rationis, nec debent eſſe omni exceptione maiores. *Sanch.*3 *de Mat.diſp.*42. *Bonac.qu.*2.
1318 *pu.*8. *Denunciationes* non requiruntur ad valorem, ſed vt matrimonium ſit licitum. 24.*DD.*apud *Sanch.lib.*3 *diſp.*5.*nu.*2. Et, ſi contrahentes ſint ex duplici parochia, vtrobique ſunt faciendæ. *Hurtad. diſp.*18.*diff.*3.*n.*91. debent fieri diebus feſtiuis à Parocho, vel alio eius licentia. *Trid.loc.cit.* Epiſcopus valet in illis diſpẽ-

ſare

1319 ſare ex cauſa. *Trid. ſeſſ.* 21. *c.* 1. *de reform.*

Impedimenta non dirimentia.

I. SI Epiſcopus prohibeat quouſque cognoſcatur de impedimentis. II. tempus feriarum, totum tempus Aduentus vſq; ad diem Epiphaniæ, à die Cinerum
1320 vſque ad 8. Paſchatis; poteſt tamen tunc iniri ſine ſolennitate matrimonium. *Trid. ſeſ.* 24. *c.* 10. III. Eſt impedimentum ex cognatione legali reſpondentis in cathechiſmo, baptizati, quod hodiè ſublatum. *Trid. ſeſs.* 24. *c.* 2. IV. eſt impedimentum ſponſalium cum alia. V. Impedimentum Voti ſimplicis, caſtitatis, religionis, ſacerdotij, matrimonij non ineundi, &c.
1321 VI. eſt impedimentum hæreſis ſublatis alijs. *D. Th. in.* 4. *diſt.* 39. *q.* 1. *art.* 6.

FINIS.

Ad laudem, & gloriam Indiuiduę Sanctiſſimę Trinitatis, Patris, Filij, & Spiritus Sancti, Beatiſſimæ Virginis, & omnium Sanctorum.

IN-

Digitized by Google

INDEX

TITVLORVM ORDINE ALPHABETICO.

Omnes numeri ſunt marginales.

DE Actionibus. 638. *De concurſu Creditorum*. 665. *Collatio*. 731. *Computatio*. 739. *Compenſatio* 743. *Ceſſio Bonorũ*. 754.
De Acquirenda poſſeſſione. 76.
De Acquirendo Rerum Dominio. 86.
De Beneficijs. 1095. *Ius patronatus*. 1107. *Beneficij ſuppreſſio*. 1136. *Vnio*. 1137.
De Cenſibus. 534. *Emphyteuſis*. 546.
De Cenſuris. 959. *Excommunicatio*. 980. *Suſpenſio*. 1003. *Interdictum*. 1008. *Ceſſatio à Diuinis*. 1015. *Irregularitas*. 1020. *Degradatio*. 1090. *Depoſitio*. 1094.
De Delictis, & Pœnis. 883. *Furtum*. 887. *Rapina*. 899. *Lex Aquilia*. 901. *Iniuria*. 904. *Quaſi delictum*. 911. *Crimen Leſæ Maieſtatis*. 916. *Adulterium*. 917. *Homicidium*. 921. *Parricidium*. 935. *Crimen falſi*. 939. *Hareſis*. 941. *Apoſtaſia*. 949. *Confiſcatio bonorum*. 959.
De Donationibus. 127.
De Dote. 591.
De Emptione, & Venditione. 465. *Euictio*. 503.

De

De Exceptionibus.760.
De Feudis. 555.
De Iudicijs. 799. *Iudex.* 801. *Actor.* 833. *Reus.*837. *Conteſtatio litis.*851. *Probatio.* 853. *Sententia* 871. *Res iudicata.*878.
De Iuſtitia.34.
De legatis. 329. *Codicilli.* 376.
De Legibus. 1.
De Locatione,& Conductione.511.
De mandato.620.
Quaſi contractus. 628.
De Obligationibus.369.*Mutuum.*422.*Solutio Indebiti.*430.*Commodatum.*432. *Precarium.*433.*Depoſitum.* 434. *Pignus.*438. *Stipulatio.*442.*Fideiuſsio.*444.*Contractus literis initi.*454 *Inſtrumentum.*459.
De Præſcriptionibus. 110.
De Reſtitutionibus in integrum.61.
Sacramenta.1140. *Baptiſmus.* 1165. *Confirmatio.*1187.*Euchariſtia.* 1194-*Pœnitentia.* 1228. *Extrema vnctio.* 1267. *Ordo.* 1278. *Matrimonium.* 1289.
De Subſtitutionibus.268.*De ſubſtitutione fideicommiſsaria.*304.
De Succeſsionibus ab inteſtato.380.
De Teſtamẽtis. 152. *Exhæredatio.*170.*Inſtitutio.*183.*Legitima.*214. *Ius deliberandi.* 244.*Præambulum.*244.*Inuentarium.*251.
Tollitur obligatio.631.*Solutio.*631.
De Tutelis. 42.
De Vſufructu. 96.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

ER-

ERRATA CORRIGE

N 11. Popolus l. Populus. 25. exiſteus. exiſtentes. 33. interpraetatio. interpretatio. 40. ſubijecit. ſubiecit. 38. caſtrenſi. caſtrenſi. 44 ſiue. ſiue. 54. ſuccederent. ſuccederet. 122. retiuendę. retinendæ. 150. exequationem. exæquationē. 225. ſequuta. ſecuta. 233. ſubſtinenda. ſuſtinēda. 247 viuendum videndum 3-0. purę. purè. 483. fagitiuus. fugitiuus. 673. ſidei fidei. 675. Præcarium. Precarium. 678. priuilegtati. priuilegiati. 742. antiqnos. antiquos. 760. nuncuncupata. nuncupata. 828. debiti. delicti. 840. D. de quęſſ. quæſt. 842. crimini. criminis. 898. oblatio ablatio. 852. occnltæ. occultæ. 906 præeceptoris. præceptoris 911. ſubſtinet. ſuſtinet. 951. cnnfiſcatio. confiſcatio. 972 haræt. hæret. 1092. ſollenniter. ſolenniter. 1006. ſuſpenſus. ſuſpenſus. 1026. ſecuto.. ſecuto. 1044. ſufficietèr. ſufficienter. 1027 vonuerſionis. conuerſionis. 1108. Sanctiſſtma. Sanctiſſima. 1253. intergralis. integralis. 1262. eternæ. æternæ.

Digitized by Google

Digitized by Google